10
7 M
19

De rebus gestis Urbani VIII

13.C.

84
G
12
1

Digitized by Google

10-Y-M-1

ANDR. TAVRELLI I C.

HEROS

IN SOLIO DIVINITATIS,

SIVE

DE REBVS GESTIS IN SACRO PRINCIPATV

VRBANI VIII.

PONT. OPT. MAX.

PANEGYRICVS.

Vitam, & geſta Sanctiſſimi Principis Chriſtianam Rempubl. feliciter hodie moderantis complectens.

Addita ad calcem operis XLV. Cardd. quos hactenus in ſacrum Senatum adlegit, Elogiorum coronide.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AD

AMPLISS. BONON. SENATVM.

D. D.

BONONIÆ, M. DC. XXXIX.

Digitized by Google

10-7 M-19

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMIS,
ET SAPIENTISSIMIS
SENATVS P. Q.
BONON. PATRIBVS.

Suis Clementiſs. Dominis

ANDREAS TAVRELLVS IC.
Ευτυχίαν.

GRANDE opus audax concepit animus; (Senatores Ampliſs.) qui cereis ingenij pennis nimiùm in ſublime nitens regias virtutes VRBANI SANCTISS. breui Panegyrico ſtudui emetiri. Et niſi vos habeam tutelaria numina, quorum officioſa manus ſuccurrat in præceps ruenti; excidio, pęnas arrogantiæ dabo, vel ipſo famæ periculo aggreſsionis gloriam nundinatus. Sed ad lucernas geſtit aduolare pyrauſta, flammiſq. ad quas alludebat, comburi.

† 2 Lam-

Digitized by Google

Lampas eſt inextinguibilis virtutum Chriſtianarũ VRBANVS; ad cuius fulgorem alas ingenij placuit generosè conſumere. Eſto; verùm cur adire tam paruo libamine Vaticanæ maieſtatis aras? dapſilis hoſtia non æquè placet Ioui; vt puſillus ſublimioris animi cenſus. Vos æquiſsimi Iudices, non in mole; ſed in materia, quæ regia, & ſacra eſt, rei noſtræ pretium æſtimate; vbi deſignabitis, vt in Saphyro Moyſis, ſanctarum legum veſtigia, diuinarumque virtutum ornamenta, quibus auguſtius nihil regali ſacerdotio voueri poteſt. at neq. meliora cenſeri debent, quæ majora ſunt; iampridẽ enim Callimachus magnum librum, vt magnum malum ſugillauit. Coloſſos ex ære, & lapide fieri nouimus; lares autem, & ſigilla ex auro. totum eſt obryſum VRBANI vita, quam in hanc operam, velut in Timantis tabellam contraximus; vbi plus oportet intelligi; quàm depingi, præ geſtorum multitudine, & præſtantia. eam, vt Phry-

gioues

giones aulæa, varij coloris epidictico filo, panegyricorum more, ornauimus; nec aliter conueniebat in lucem dari. Etenim petunt AVREÆ APES, quarũ imperium Orbis adorat, auro, gemmiſq. cælari, vt à Gentibus quales ſunt, videantur, neq. mirari velim hoc à nobis tentatum, tot inter ſapiẽtiæ numina, quibus aditus patet ad arcanum illud deitatis ſolium. *NEMINEM QVIPPE MAGIS LAVDARE PRINCIPEM DECET, QVAM QVEM MINVS NECESSE EST.* Par eſt etiã cõmunis omnium parens, qui prodeſt ęquè omnibus, ac præeſt, ſolemni omniũ panegyri celebretur. hìc autem veritas albo veſtitur panno; ne gratia, vel ambitio decerpat, quod bonæ conſcientiæ pretio æſtimauimus. Sed cur vobis (Sapientiſsimi viri) dicari voluimus auream hanc VRBANI vitæ effigiem? non alijs equidem meliori iure, quàm vobis conuenire duximus; quæ ſi veſtræ ſapientiæ detraheretur, eam vtiq. vobis, vt Aiaci Clypeum Achillis, reſtituerent fata. Tabula eſt au-

Plin. in Trai. Lat. pac. in Teod.

ro,

ro,gemmiſque virtutum ſegmentata, At in veſtris ædibus ſapientiæ conchylio purpuriſſat virtus. VRBANVS diuinitatis radijs,vt Sol in Cœli Apogæo ſerenior,quà latè patet Orbis,ſpiſſas euincit errorũ fidei caligines. Veſtra STVDIORVM MATER BONONIA ſalutaribus doctrinæ luminibus,vt Cœlum ſyderibus,Orbi vniuerſo prælucet. Taceo ab VRBANO veſtram Rempubl. honoribus auctam; veſtros Ciues pro temporum neceſsitate vix oneribus grauatos; veſtra templa muneribus decorata; veſtras Academias priuilegijs ornatas;veſtra Tribunalia legibus munita; veſtros fines arcibus vallatos; voſque demum, quos habuit in præfectura, vt fratres;in principatu dilexiſſe, vt filios.his nominibus iurè vobis debetur VRBANI gloria.Iam verò(Clemẽtiſs.Patres)quos Deus in hiſce togatæ Palladis laribus litterarum fulcimento deſtinauit; generoſo humanitatis gremio vagiẽtem hunc puſiunculum,ad

paren-

parentis votum excipite , vt luſtrali beneuolentiæ ſaliua eum dignetur expiare, qui beat omnes paterno amore VRBANI manſueta ſublimitas. Valete noſtra præſidia diutiſsimè felices regite ſub clientela optimi,maximiq. Pontificis VRBANI. è Muſæo Kalen. Annum Æræ Chriſtianæ M. DC. XXXIX. aperientibus.

Digitized by Google

D. GREG. NAZIAN.

Orat. XXIII. In laud. Heronis Philoſophi.

ΠΡΩΤΗ ΔΕ ΤΩ͂Ν Ε᾽ΥΕΡΓΕΣΙΩΝ ΤΟ ΕΠΑΙΝΕΙΣΤΑΙ ΤΑ ΚΑΛΑ. ΣΗΛΟΥ ΓΑΡ Ο ΕΠΑΙΝΟΣ ΠΡΟΞΕΝΟΣ; ΖΗΛΟΣ ΔΕ ΑΡΕΤΗΣ ΑΡΕΤΗ ΔΕ ΜΑΚΑΡΙΟΤΗΤΟΣ, ΗΔΕ ΤΩΝ ΑΡΧΟΝ ΤΩΝ ΕΦΕΤΩΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣ.&c.

PRæcipuum beneficium eſt in rebus honeſtis laudari ; laus enim paric æmulationem; æmulatio virtutem; virtus felicitatem . hæc finis eſt omnium, quæ deſiderantur; & ad quam omnis probi viri agitatio tendit.

Digitized by Google

LECTORI

ΦΙΛΟΛΟΓΩ ΦΙΛΟΜΟΥΣΩ.

S.

ERVMPIT è fuligine lugubrationum noſtrarum Vaticanæ gloriæ lumen, cuius ſplendor oculis omnium expoſitus omnibus venerationem parit. bene interpretare (Philomuſe) quòd generoſiùs ambiuerim ad tam alta conſurgere. delectat me magna ſequi; licet aſſequi deſperem. & niſi ſortis inclementia voti mei fragrantem corrumpat auram, in nitidiorem ſpeciem recocto labori addā HISTORICOS COMMENTARIOS, qui deſiderātur ad Panegyrin. ſpōdere auſim victuros; quia facta dabunt in re ſacra, & profana Nepotibus profutura. Tu vir bone, docteq;, qui vocaris in iudicium, & cenſuram operis; ſi labanti manum porrigas, vel à via aberrantem reducas, votum explebis; qui veni diſcere, doceri non erubeſcens. in limine forſan hærebis tituli maieſtate repreſſus. perge quæſo, ſuauiſſimas habebis, quas Orbis adorat APES, inter gemmas, & obryſum* diuinarum virtutum, non alijs floribus, quàm pietatis, & ſapientiæ enutritas. Suſtinuit glorioſiſſimus HEROS altiſſimas animi ſui imagines ab humili penicillo depingi; tu pariter (Lector beneuole) candoris argumentum dabis, ſi ad pretium affectus noſtri, induſtriam æſtimaueris. Vale.

Digitized by Google

10-7-M-19

HEROS
IN SOLIO DIVINITATIS.
PANEGYRICVS
SANCTISS. D.
VRBANO VIII.
CONSECRATVS.

ORBIS VICTRICES PALMAE iampridem ad Capitolij fores enatæ linquite cęnoſa Deorum compluuia, aniles cultus; & in Vaticanô figite radices, quæ ramorum propagine Cœlos attingant. ibi ſedet HEROS IN SOLIO DIVINITATIS VRBANVS, qui veſtram nobis Idumen, tot retro ſeculis impiorum vaſtitate ſqualidam reparabit. Sacro-ſancti principis puluinaria APIBVS auguſtiſsimis obſeſſa veſtris coronate frondibus venerationis, victoriæ, triumphi ſymbolis; quibus

etiam ſuas Apollo lauros, temporum fulmina declinaturas omine glorioſô maritabit. inter Laureta palmis admixta mellificæ conſederunt auiculæ. Io Chriſtiana pubes! iam ſacro Marti deuota capita vos rore melleô ſapientiæ Apis Vrbana enutriuit, vt eius regalis potentiæ aculeis impietatem ſtrenuè configatis. nec vos illudet fugitiuô attactu pax inter veſtros principes optata; altaria DEI piorum votis opulentata propitiatorium redolent numen, & amicos Cœlites ſeriò promittunt, qui fœderatis arma porrigent, iuratos fidei, hoſtes præcipites acturi. Glomeremus interim Sanctiſſimo Patri fauſtiſſimas acclamationes, & VRBANI diuina facinora, quorum ſpirabili lumine Polus vterq; recreatur; aurigante famâ in currum Vaticanæ gloriæ deducamus. Cauſa Religionis agitur, quæ dum grauiſſima ſubit Cęli pondera, nouitque ſuperos propitiare mortalibus, eâ ſublimitate majeſtatis excellit, vt humanitati diuinitatem concilìet; eius ideo gloriæ, pro communi animarum bonô intereſt, ſuorum ornamenta, non ſolùm in populos fœcundari; ſed in poſteros etiam propagari. Vt rara, & ſublimia vitæ exemplaria, quæ nunc in Heroibus admiramur, mox ab illuſtri monumentô recipiant, quæ longùm Nepotes imitentur. Agedum BEATISS. ANTISTES, patere tuis in factis te demiremur, benignôque admitte vultu indignum tuâ gloriâ ingenium nec audaciæ adſcribe, quòd affectui morem geram; dum venerabundô calamô æternitatis aris encomiorum corollas appendimus, quæ fragrantibus diuinarum virtutum tuarum auris recreatæ ſupra fati inclementiam perennabunt. Iuſta eſt, & recepta antiquitus hæc heroas remunerandi ratio, vt eorum prolixiùs admiremur merita; quorum non

Virtutum exempla debent ad poſteros tranſmitti.

ad-

admittit recompenſandi vices fortuna. Erit hoc tamen dicendi genus, quò tuis auribus acceptius fiat, ad omnem modeſtiam ſubmiſſum; vt inter acclamationes publicas, & locupletiſſima de tuis meritis Orbis Chriſtiani teſtimonia, non minùs conſideraſſe videamur quid capiat moderatio; quàm quid heroicarum tuarum dotium exigat veneratio. Iamq; Orbis Chriſtianus, quô momento accepit tibi delatos ſui imperij faſces; vt communi Chriſtianorum votô honoris magnitudinem exprimeret, vnanimi voce, & affectu te Religionis Atlantem, fidei Alciden, patriæ patrem acclamauit, qui tranquillitatis, æui repagula, eliſis Hæreſeos, & Bellonæ hydris, ſapientiæ clauâ perfrangeret. Principem ſcilicet ſortitus bonum, iuſtum, ſapientem, ſanctum, Deoq; quàm ſimillimum, ſua ſub quô libertas, ſalus, ſecuritas, ſarta, tecta foret. E præfecturis, & legationibus eximijs, quas antehac rite ad Reipub. Chriſtianæ decus obieras; floridas animi tui diuiniſſimi prælibarat dotes, à quibus firma, fidaq; ſuæ felicitatis auſpicia colligebat; ideoq; dum ad pontificalem Tiaram, quâ nulla maior in Terris adoratur, votis omnium fatigatus incedebas, videbaris in Vrbe gentium Orbe, confuſas inter omnis ordinis, & ſexus lætitias, ſeu patriciorum, ſeu plebeiorum corda in amorem, cultumque tui rapuiſſe; quaſi proſpicerent iam in te vno conſidêre, vt ſub Atlantis humeris ſpem nunquam fruſtrandam præſentibus religionis oppreſſæ medendi malis. Cæterùm quà mihi per hæc immenſa virtutum tuarum ſpatia progreſſuro viam aperiam, ne peregrinari videar in luxuriante materiâ, cuius celſitudo dicentis abſorbet ingenium?

Vrbanus per Virtutes viã ſibi ſtrauit ad Soliũ Petri.

Panegyrici ordo.

Magnum iter aſcendo; ſed dat mihi gloria vires.

Principalium factorum tuorum veſtigia (SACROSANCTE HEROS) ex officio libabimus, eaq; ex ordine collecta Orbis theatro exponemus, quæ deinde præſens, & futura ætas, vt exempla perfectioris vitæ cum vtilitate ſuſcipiet, nec ſine admiratione ſuſpiciet. Si quid tamen in auſu grandiore nobis inconſiderantiæ detur, ignoſce lubens (omnium PATER OPTIME) qui facilis omnibus omnia ignoſcis; obſeruantiâ, & cultu conabimur quicquid ſtilô deliquerimus, penſare. At priuſquam deſcribam, quibus Pontificatus tuus ad Orbis, & religionis ſplendorem inclaruit, ſelectiora originis, & gentilium tuorum ſtemmata excurrere concedatur; vt educationis poſtmodum, & adoleſcentiæ generoſas cogitationes, quibus inſtar Aquilæ te libraſti in Cœlum, perſtringamus. Glorioſa patria, quæ Ciues enumerat omni ſæculo rebus domi, foriſq; præclarè geſtis illuſtres. Clara familia, quæ recenſet ſpacioſis in atrijs gentilium ceras, virtutum ornamentis vbiq; conſpicuas. Vtriuſq; celebritas eximiè BARBERINAE GENTIS commendationi fauet. produxit illam Italiæ FLORENTIA Etruriæ Metropolis, quâ nec vlla fuit vnquam Reſpubl. vt ciuilium rerum prudentiâ maior, ſic auctoritate, & virtute ſuorum illuſtrior. Floret in altâ pace Sereniſs. MEDICAEORVM Familiæ tutelaribus inumbrata vexillis; nec minùs incolarum moribus exculta; quàm ędium ornatu, & amplitudine magnifica. cuius ea Soli, Cœliq; natalis habitudo, vt nec Auſtrinis æſtibus ſit obnoxia, nec Arctois ſubiecta frigoribus; inter Apenninos colles axis vtriuſq; temperie recreatur; mediamq; alluit placidiſſimus Arnus, ſuburbanis vndiq; palatiorum nobilium opulentijs faſtuoſus. In hac Terræ plagâ Natura gen-

Barberina familia, patria & ſanguine clara.

Barberina familia Florentina.

Hodiernus Florẽtiæ ſtatus.

Arnus Florentiã alluit.

Digitized by Google

tes, fati quadam benignitate ad ſuprema pacis, belliquè munia aptiſſimas dedit. Vt enim in ſalo ſalem referunt piſces, ſic ad patrij Cœli dotem homines effinguntur. Sunt quidem ad Boream hebetioris ingenij; ſunt ad Auſtrum eneruati; & vtriq; vel frigore, vel calore immoderato flagellati, ad ingentes auſus euanidas habent cùm corporis, tum animi vires; vt enim in iſtis æſtus excandeſcens humorem ebibit; ſic in illis frigus ad intima penetrans calorem natiuum depopulatur. Clementiorem Florentiæ genitalis indolem habuit VRBANVS, cuius è Cœlo præſtantiſſimum ſibi conciliauit ingenium, quô profeſſus eſt ad magnos auſus non diſparem ingentibus cœptis induſtriam. Nec ideo quod miremur, ſi V. de ſuis conciuibus ad ſacri Apoſtolatus apicem prouectos in Pontificijs Annalibus recenſeat Florentia, tres Medicæos Clementem VII. Leonem X. & Leonem XI. Vnum Clementem VIII. Aldobrandinum, & BARBBRINAE gentis aureum germen VRBANVM. Cuius gloriatur Natalibus CAMILLA BARBADORA lectiſſima patricij ſanguinis matrona, quæ triennem filium ANTONIO genitore orbatum, Tobiæ matris exemplô, ſanctitatis moribus informauit. Fuerunt hæc prima, certaque virtutum Pontificis in procurſum vitæ fundamenta. At BARBERINA domus, cui non parum cedit ad gloriam antiqui ſui generis nobilitas, ſuos enumerat vltra quingentos annos, quos extulit Virtus ſupra communem ſortem ad illuſtria honorum faſtigia. Euerſâ quippe Simiphonte celebri quondam in Etruriâ Republ. non procul à Barberino oppido, cum alijs principibus familijs Florentiam tranſmigrauit. vbi gens opibus, & virorum præſtantiâ clara in ordinem patricio-

Sub Florentiæ Cęlo naſcuntur ingenioſi.

Vrbanus Florentinus.

Habuit V. Pontif. Roman. Florentia.

Vrbani Natales ann. 1568.

Barberinæ gētis origo.

Simiphontani Barberini Florentiam trāſmigrant.

rum

rum extemplò ſurrexit. Sic, vt imperia, variant familiæ, voluente fortunâ remeantium rerum fatalem Orbem. Nolim (SANCTISS. PATER) in hanc arenam admittamus longam Maiorum tuorum ſeriem, ne felle tædij cartas imbuere videamur, quæ proprio debent Virtutum tuarum auro illuſtrari. Si quis inter antiquitatis rudera perquirat, quô mellificiô ſtuderent APES BARBERINAE in ſeruire patriæ, & Religioni, FRANCISCI Senioris vitam exploratô conſulat; qui ſupra trecentos annos vir omni doctrinæ genere, mirâq; facundiæ præſtantiâ clarus, præter egregiam, & Iuris ſcientiam, & rerum ciuilium peritiam, honorificas in Florentinâ Republ. pro dignitate legationes obiuit.

Frãciſcus, & Raphael Viri clari in familia Barberina.

At nouiſſima ſeligamus, & quæ notiſſima nobis occurrunt, duo gentis Barberinæ germina FRANCISCVM, & RAPHAELEM excellentes viros huc producamus, qui hoc æuo, togæ, ſagiq; ſplendore maximè inclaruerunt. fuit ille in Romanâ aulâ, vt cenſoriæ grauitatis ſupercilîô venerabilis; ſic adnatæ humanitatis condimentô Præſul amabilis; iuris non minùs, quàm iuſtitiæ conſultiſſimus, VII Vir, Protonotarius, & vtriuſq; Signaturæ Referendarius; quas tam egregiâ fide, morumque integritate ſuſtinuit prouincias; vt in Vrbe incredibilem ſibi laudis, & gloriæ famam, cùm penes alios Romanos Pontifices, tum præcipuè apud Innocentium IX. parauerit.

Frãciſcus in Aula Rom. conſpicuus.

fuit iſte in Catholico Belgij exercitu, vt robore, ſic prudentiâ inclytus miles. Vtriuſq; teſtatiſſima documenta dedit, quoties impulit aut principis, aut religionis ſalutis ratio. valuit conſilio, vbiq; veterani ducis laudes emeritus. Sed mittamus hæc natalium tuorum ornamenta (Sapientiſſime Heros) non enim talibus inniti-

Raphael militat in Belgio.

tur fulcimentis propriæ tuæ gloriæ amplitudo. Agamus igitur operoſiore niſu de te priùs; vt de tuis poſtmodum factis ad religionis trophæa auguſtiſſimis ſermo fiat. Non fruſtra creditur ab anteſignanis ſapientiæ viris communem matrem naturam voluiſſe animis corpora conformari, quorum inuicem tanta cognatio foret; vt ab externo habitu, qualis deliteſcat intus inquilinus, doceretur. Sic eam dicunt magnis mentibus competentia domicilia aſſociaſſe, quæ certis proderent indicijs, quantus Cœleſtis illuc ſpiritus intraſſet habitator. Hinc Homerus Heroum præſtantiſſimos Achillem, & Hectorem decori vultus ſpecie venuſtiſſimos facit. Sic Terrarum Orbis dominatorem Auguſtum mirâ referunt cùm corporis, tum animi dignitate claruiſſe. Ita Cyrum apud Xenophontem, vt formæ, ſic virtutis ſplendore ſuper omnes æui ſui mortales excelluiſſe. Alexandrum apud Aelianum, in eximiâ corporis imagine indicia magnitudinis animi circumtuliſſe. Deum ipſum in Saulo Regium apicem ab externæ pulchritudinis decore æſtimaſſe. Si liceat itaq; è corporum nobilitate animorum venari præſtantiam; quaſi nulla ſint meliora, & certiora morum latentium externis habitibus documenta; aſſeramus corpus tuum (Auguſtiſſime Princeps) mentis excelſioris eſſe ſanctuarium, cuius è latebris indoles ad ſolia, ſceptraq; nata indicatur. Vultus illa quippe tui venerabilis majeſtas; frontis, qualis in Mineruâ ſerenitas; oris decor, faciei probitas, oculorum ſydereus ſplendor, ſunt Heroicæ formæ lineamenta, quibus religionis, & fidei noſtræ genium tutelarem adhęrere conjectamus. At ſyncera tuis etiam in moribus integritas; ſedata tuis in affectibus tranquillitas; gratioſa in ſermonibus affabilitas;

Natura animum corpori cõformat.

Achilles, & Hector Heroes ſpecioſiſſimi.

Corporis pulchritudo animi indicat præſtantiam.

In vultu Vrbani prælucet heroica majeſtas.

bilitas ; indefeſſa negotiorum in curis aſſiduitas ; pertinax in arduis deliberationibus ſapientis animi conſtantia; cunctis demum in actionibus rectitudo teſtanrur in benè conformato corpore mentis heroicæ vigorem eſſe radicitus purum, naturæ Aethereæ compotem, & majeſtatis diuinæ proximum, qui nullis fortunæ terminis includatur. Sed qualis fuit ætatis tuæ floris cuſtodia? Vix è parentis optimæ, & ſanctiſſimæ diſciplinâ emerſiſti, vt in Romanô Collegiô, procul à peſtilentium morum commerciò, iugi pietatis, & doctrinæ culturâ tibi curæ fuit innatam probitatem Regijs dotibus expolire. Recta pueritiæ inſtitutio rudibus animis, optimorum habituum formam inducit, quam nulla poſthàc ętatis venturę malignitas expungit. in hoc educationis ſolô omne felicitatis humanæ durabile fundamentum ſtabilitur. Hinc citò Græcorum pubes probatiſſimis ad diſciplinam Magiſtris tradita, qui ſummô ſtudiô eam ad omnem honeſtatem erudirent. Vt bonorum conuictus adhęreſcentem animo labem excutit ; ſic improborum conſuetudo virtutis ingenitas faces extinguit. profuit tibi mirificè ad ſapientiæ incrementum Patrum Societatis IESV familiaris conuictio, qui te non ſolùm cùm Latinis, tum Gręcis politioris litteraturæ ornamentis excoluerunt; ſed in acquirendâ ſolidioris ſapientiæ cognitione directores extitêre ; à quibus didiciſti ſeriò immoderatos frænare affectus; opum, honorumq; fluxorum caducitatem deſpicere, omneſq; demum voluptates, vt impedimenta virtutis exercendæ, tanquam ſyrtes anguipedes euitare. Porrò quem aliquando oportebat, vegetabili legum diuinarum, humanarumq; influxu Rempubl. alere Chriſtianam ; neceſſum erat, auxilium maturè peteret ab ea-

Vrbani puerilis educatio in Collegio Romano.

Pueritiæ inſtitutio maximi momẽti ad reliquũ vitæ.

Digitized by Google

rum ſedulâ eruditione; Ideo te Piſana Tuſcorum celebris Academia vix annum natum vigeſimum Iuriſprudentiæ laureâ donauit. hinc ad Fanenſium præfecturam adſcitus cæpiſti pro tribunali ius dicere tantâ æquitate, ciuiumq; commodô, vt iam tibi ſuum ſublime ſolium Aſtræa deſignaret. Te prçterea vidit Roma in ipſo iuuentutis flore Clericatus Apoſtolici infulis inſignitum. Vidêre te Pontifices Sixtus V. & Gregorius XIV. vtriuſq; ſignaturæ Referendarium. Te Regnorum potens Auſtria nuptiarum inter ſuos Philippum III. cum Margaritâ; & Albertum Archiducem, cum Iſabellâ Clarâ Eugeniâ elegit proxenetam. Iamque tot meritis grauem, te Clemens VIII. Archiepiſcopatus Nazareni dignitate auxerat; vt fælix Gallia ſuum habuit Nuncium, probauitq; Alciden eloquentiæ catenis aureis corda Regum vincientem; vt Chriſtianiſſimô Regnô Societatis IESV Patres, quos inuidiæ malignitas extorres faciebat, reſtituerentur; pyramiſq; euerteretur, quam in probrum optimè meriti ordinis æmulationis potentia curauerat excitari. Te LVDOVICVS IVSTVS HENRICO MAGNO major proles ſuum è Cçleſti lauacrô exceptorem agnoſcit.

Piſis lauream doctoralem meret.

Varias dignitates | Romæ obtinet.

Creatur Archiepiſcopus Nazarenus.

Fit Nuncius in Gallia.

Patres Societatis Ieſu reſtituit Galliæ.

Singula complecti cuperem, ſed denſior inſtat
Geſtorum ſeries. —

Debetur tibi laus Vmbriæ ſeruatæ à ſuperſtagnantibus aquis lacus Traſimeni, quæ paſſim agros, & oppida regionis obruebant. Quid non & ipſæ tibi Heliconis Deæ, vt ſuo tutelari numini acceptum ferunt? quarum in DOMO LAVREATA tuas aureas mellifices auiculas hoſpitari voluiſti; ad ſacra Vatum carmina ferens, quibus inter ſeueriora Reip. Chriſtianæ negotia melleô pie-

Lacum Traſimenum exundantem reprimit.

Sacram poeſim componit

tatis nectare ingenium demulcebas. ſacra eſt, Cedroq; digna poëſis, in qua ſpirat verè diuinus furor, vbi reſplendet limata meliorum litterarum exercitatio. hanc coronabit ambitu ſæculorum æternitas, vt quæ gloriosè meruit Apollineis laureis Cęleſtium aras coronare. tales numeros perpetuò ſitiant aures eruditæ; talem reſpiciant Apollinem, quibus eſt ingenij lepos, mentiſq; indoles ad exquiſitæ guſtum elegantiæ conformata. fuerunt autem hæc præludia robuſtioris gloriæ, ad cuius apicem in arenâ virtutis ſtrenuè velitans, gigantæô gradu incedebas. Senſit hoc majeſtatis pondus. PAVLVS V. qui tibi tot emenſis meritorum gradibus abſenti contulit eius ordinis purpuram, cuius faſtigium in Cœlis conſtat, ſplendor in Terris adoratur.

Creatur Cardinalis à Paulo V. 1605.

Iam te benignum ſydus ad ſupremum Orbis Chriſtiani diadema propiùs adigebat. iam qui tuas nouerat Cœlo æmulas dotes, te ſupremô in Terris animarum dignum imperiô fatebatur. Vt enim te Cardinalitiâ donatum infulâ inter Vaticani Senatus proceres cooptauit, aiunt auditum ab eo Oraculum;

Paulus V. prędicitq́ Pontificatum Cardinali Barberino

IN MAPHAEO BARBERINO VNVM PETRI SVCCESSOREM DESIGNAVI. His auctus honorum titulis, reuerſus è Gallia, nouus Cardinalis MAPHAEVS ad Bononienſem Legationem Iuſtiniano ſuccedit. grauis equidem laboris prouincia, vbi dignitas imperij faſtigium majeſtatis tenet; verùm tibi leuis fuit, vt quem ad gloriæ verticem meritorum remigiô ducerent fata.

Benedicto Card Iuſtiniano ſuccedit ad Bononien. legationem.

In hoc plenô decoris, & gloriæ regimine fatentur Ciues non tibi fuiſſe temporis momentum, aut beneficiô ſterile, aut laude vacuum; fælicitandi populos potiorem aſſecuto rationem. nec enim Bononienſibus ſolùm Principis ſolicitudinem, ſed parentis affectum

præ-

Digitized by Google

præſtitiſti; prouidè adeo, & ſapienter tui regiminis curam diſponens; vt inter omnes, qui iuſti, qui clementes, qui benigni, qui prudentes apud eos exſtitêre, intelligerent te parem fuiſſe neminem. Rexiſti quippe eâ cum illis temperatâ poteſtate, quâ cum liberis parens; eâ vigilantiâ, vt tam benè ſingula præfecturæ tuæ complecterenis, quàm diligens quiſq; paterfamil. domum ſuam; ea demum facilitate; ac ſi maxima ciuitas minimæ familiæ diligentiâ contineretur. futuros ideo Legatos, qui tibi comparari timebunt, onerasti. Sed fallor, honoraſti, nam laboris fructum percipient gloriæ tuæ ſucceſſores interuenturi. Verùm obitâ feliciter legatione, Ciuitas pullata Magiſtratus optimi deceſſionem complorat; cuius acceſſione exhilarata Roma, dum te ſuo materno exciperet amplexu, tali Ciues alloquiô compellare videbatur.

Magiſtratus optimi Idea.

Exhilaratur Roma Maphæi Card. Barberini aduentu

Spargite virgineo decerptos pollice flores
Romulidæ, æterniſq; focis, & thure ſolemni
Indulgete ſacris; ſacrorum præſul in Vrbem
MAPHÆVS glomerãte chorô iuuenumq;, ſenumq;
Ingreditur; cui Muſa, Themis, Pietaſq; tiaram
Spondet, inexhauſti pretium, culmenq; laboris.

Vix te vidit omnium votis expetitum, in Vrbem reducem Pontifex, vt grauiora Romanæ aulæ negotia tibi deferre cogitauit. quid non egiſti pro fidei propagatione? (leuiora prætermittamus) quæ munia, quas non ſubijſti curas pro religionis decore? ab vltimâ Thulê remotiſſimæ gentes Scoti ſe tuo addixêre patrocinio. Orientales Græci tuæ ſunt pariter infulæ præſidium æmulati; futuram diuini tui genij adorationem iam vtroq; Orbis Axe adumbrante. nec vanę rei ſucceſſus fuit; breuì namq;

Maphæus Card. Barber. ſuſcipit præcipua negotia Romanæ aulæ.

Protector Scotorum & Græcorum orientalium.

fatis concedente GREGORIO XV. è patricia LVDOVISIORVM BONONIENSIVM gente, celebratis extinctô Pontifice nouendialibus iuſtis; ſacer Senatus in ampliſſimis comitijs, vbi aderant IV. Italiæ Principes IV. Pontificum Nepotes, totq; purpurati patres ſeniô, & virtute, Religionis imperiô digniſſimi, quinquaginta ſuffragijs mirâ animorum conſenſione diuinitus in te conſpirauit. Ardebat in CœlôCanis, quando te lætis populus Romanus acclamationibus in Vaticanam baſilicam deuectum excepit. In Cçlô, Terrâq; ignis erat, quia ſpiritus Amoris diuini vbiq; repleuerat fidelium pectora, & qui fulminauerat olim in prælijs Iudæ, hoſtibus electi populi terribilis, eodem tuæ creationis die Hęreſiarcham Alberſtatenſem in Germaniâ diſſipauit. O miram Dei prouidentiam! qui tot euidentibus teſtimonijs ſanctiſs.æ electionis gloriam confirmat. Te inſtitore debent Hæretici relictâ adulterante mammâ, ſpuriôq; lacte ad germana Matris vbera remeare. Vota ſint hæc mea pro illis etiamnum, qui miſerè fluctibus impietatis colluctantur. Atquaſi foret in adſcititiô nomine, ominis optimi argumentum; Vrbs auditô VRBANI nomine cumulatô gaudiô triumphauit. VRBANVS Cœli nectar, Terræ decus, Vrbis delicium, Orbis ſolatium; vrbana cuius debet humanitas in SOLIO PETRI venerabilis æquè pauperi, ac diuiti, Cœli theſauros aperire. VRBANVS morum ſuauitas, elegantiarum amœnitas, virtutum, gratiarumque fælicitas, cuius è fœtificô beneficentiæ vbere profluentes vndiq; in Vrbem, Orbemq; bonorum riui expectantur, cui fortunatiùs, quàm alijs anteceſſoribus VRBANIS ſuas oſtentat IVDAEA palmas, clamitans;

Maphæus Card. Barber. creatur Pontifex an. 1623.

Alberſtaten. pſeudo-epiſc. in Germania à cathol. profligatur.

Vrbani nomen aſſumit.

Heu!

Heu! Terra Chriſti ſanguine perlita
Quæ Virginali prole dedit Deum,
Subacta collo fert ſuperbos
Impoſitis pedibus Tyrannos.
Captiua Crux eſt, quæ pretium tulit
Orbis redempti; preſſa iugo graui
Iudæa libertatis ara
Vincta gemit Scythicis catenis.

Hæc noſtro digna erit VRBANO Gloria, qui tandem compoſitis Chriſtianorum diſſidijs, ſacrôq; Marte ſociatis principibus filijs; Ottomannô proſtratô, Dei, fideiq; iuratô hoſte, ſoluet Orientalium fidelium duram ſeruitutem. Iamque totus ad hanc fiduciam erigebatur Orbis; paciſq; per te breuì ſanctiendæ ſecuritas omnes in maximam lætitiam dabat; cùm inter affluentes tot vndiq; curas, cæpit offendi ſanitas; quæ redux vt allubeſceret conſtantiore vultu, Alexander Card. Ateſtenſis Soſpitatori Deo ſacrum Pontificis caput triplici tiarâ inſignitum in Xiſtô Vaticanæ Baſilicæ ſolemni populi acclamatione dicauit. reſtitutâ breuì Hygeiâ, prolixiori gratulatione te S. P. Q. R. veneratus eſt. intererat omnium, qui omnibus, vt numen è Cœlô datum præes, vna omnium cogitatio in tuæ ſalutis curâ defigeretur. At celebratâ ante Kal. Octobreis, omnium ordinum comitatu, & applauſu conſecrationis tuæ magnificentiâ; XL. horarum ſupplicationes Romæ indicuntur, quibus placatâ diuinæ Iuſtitiæ irâ, fatiſcens occurrentium tot malorum pondere religionis nauis ab imminenti liberaretur naufragiô. Cedite VRBANI pietati voraces impiorum flammæ, qui prouincias Europæ Chriſtianas igne, ferro, fame, peſtilentiâ deturpatis. Angelorum princeps MI-

Infirmatur Vrbanus.

Supplicationes, & vota pro Vrbani ſalute.

Vrbani coronatio die feſto D. Michaelis 29. Septéb.

CHAEL,

D. Michaelem Muſiuum in Vaticana vouet.

CHAEL, cuius illo die feſtiuitas celebrabatur, minaci ſuperſtat gladiô, qui Dirarum inſultantia diſſipabit agmina. Muſiuam eius imaginem gemmis contextam pretioſis in Vaticanâ vouiſti, electô patronô TE MANE, TE VESPERE de Cœlô protegente. Aderunt Duci circumſecus Angelorum legiones, qui pro te plenô in Deum fiduciâ militabunt; qui Cœli hoſtes, Erebi germina, Terrarum Diras Orco præcipites dabunt. Ne verò torpor in ſacris, pijſq; locis, & diuinorum neglectus inter religioſos obreperet; vel hinc maximè, quòd pleriſq; opulentia non ſolùm deſidiæ, ſed etiam nequitiæ ſit inſtrumētum, curaſti ſedulò (PASTOR VIGILANTISSIME) inter grauiſſimas Apoſtolatus occupationes, & curas; Vrbis omnes Eccleſias, Monaſteria, Xenodochia, pias Aedes, & Collegia à conſpicuis ſanctitate viris luſtrari; per quos integerrima morum diſciplina, viſitatione continuâ prouocaretur. Congeſſit in domum ſuam liberaliſſima Dei prouidentia ingentes opes, quarum ſuauitate inebriati quandoq; poſſeſſores, vt Oſtreæ currentes ad vnguenta piſcatorum Indiæ, ferreô voluptatum ſtilô ſe ſe, perituræ cōfigunt. Paſtoris eſt optimi cauere, ne quod Ouili datur ad pabulum, ei cedat in venenum. diffluentium opum contagiô vlceratur inſipientis animus, quarum poſſeſſionem non ſecurus admittit; & vt Patroclus Achillis armaturam, ſic eas ad damnum induit, quibus deberet ad virtutis incrementum frui. Ratio fuit iſtæc potiſſima, quæ te compulit in Paſtores, quos animarum ſaluti præfeceras, euigilare; ſanctiſſimis decretis iubendo Epiſcopos Cardinales ſuo gregi præſentes adeſſe, nec poſſe quouis prætextu à reſidentiâ liberari. quid enim ſupereſt palabundo gregi, ductoris cuſtodiâ

Vrbanus omnia Monaſteria, Templa, Collegia Romæ viſitat.

Philoſtrat. lib. 3. cap. vlt.

Opum affluentia quid operetur.

Vrbanus Bullam inſtituit de reſidentia Cardd. Epiſc.

deſti-

deſtituto, quàm vt fiat luporum pabulum? Sed iam te video pro fidei propagatione altiora meditari. CAROLVS GONZAGA Niuernij, qui deinde Dux Mantuæ vixit, ad pedes prouoluitur, ruitq; in tuos amoris paterni, & humanitatis plenos amplexus confirmationem ordinis Equitum immaculatæ Conceptionis Virginis exorans; quem in Turcarum perniciem fortunatiſſimis auſpicijs Viennæ Auſtriorum inſtituerat. decebat tam pium, ſtrenuumq; Heroem, qui ſurculus erat ex Imperatoris Orientis ramo pari auſu ad ſuorum vindictam inſurgeret aduerſus Orientis prædonem. nobili ſtipatus equitum comitatu, à te ordinis inſignia Crucem, & paludamentum accipit. Cardinale Sfortia ſodalibus paria ornamenta diſtribuente. ô bene auſpicatos ad trophæa fidei conatus! creſcite validiori ſucceſſu vos, ô Martia indoles, creſcite cęteri principes tot Achilles Chriſtiani, qui paribus animis, pariq; fœdere Tyrannis Aſiæ vincula reponatis. prioribus annis Pontificatus tui digna fuerunt iſtæc auſpicia. ſed maiora congeris è diuini ærarij peculio, vnde creſcit omnibus mira tui nominis veneratio. Adornantur vndiq; maximorum Regum, Rerumpublicarum, principumq; ſumptuoſæ legationes, quibus tibi vt CHRISTI VICARIO Ius obſequij deferatur. Religio quæ à CHRISTO IESV NAZARENO DEI FILIO GENERIS HVMANI SALVATORE Chriſtianum nomen meruit, diu profuga latitauit in cryptis inuiſa Neronibus, Domitianis, cæteriſq; veteris ſęuitiæ miniſtris; ſed hodie Romæ, vt in tutiſſimo gentium portu quieſcit à Regibus in SOLIO PETRI adorata. Inter Oratores Italiæ præcipuos longô Patriciorum ſyrmate Venetus ad te gratulabundus admittitur. Succedunt Sa-

Vrbanus confirmat ordinem Equitum Conceptionis Virginis in Turcas.

Dat crucem, & paludamẽtũ ordinis Carolo Gonzagę Inſtitutori.

Religionis Chriſtianæ initia.

Oratores Italiæ Vrbano obedientiam præſtant.

baudus,

baudus, Tuſcus, Ianuenſis; & ad partem honoris accedunt IOANNITAE, quos ſacri Ordinis Hieroſolymitani magnus Equitum Magiſter ad tui numinis venerationem elegerat. ſuo pro dignitate fungitur officio Bononienſis; adeſt Lucenſis; adſunt Heluetij Alpium incolæ, qui poſiti, vt propugnacula ad fores Italiæ, ſacro-ſanctæ tiaræ ſubmittunt imperij faſces. Inter hæc iubila IOBILAEVM indicitur; par erat ſingulis tibi gratulantibus omnibus gratias è Cœlô reponeres. aperitur Cœli ianua; diuinæ gazæ ærarium; PORTA SANCTA, quæ nobis vt graue aperit ſanctimoniæ cauſas; ſanguinem ſcilicet, & merita CHRISTI SALVATORIS; ſic omnibus in conſpectum ponit eximia pietatis VRBANI lumina. Decretis Vrbe totâ ſupplicationibus, Pontifex ſacri Senatus Cardinalium comitatu conſpicuus, procedente Clerô, confluente populô, vniuerſô demum ſupplice religioſorum ordinum chorô; pedes incedit ad clauſam Vaticanæ Baſilicæ portam, quam dextrâ crucem; læuâ ceream deferens ſolemni ritu ter malleô percuſſam reſerauit.

Reſeratur porta Sancta anno Iubilæi 1625.

Solemnitas aperiendi portam Sanctam.

O Amor! ô pietas! Cœli oſtia pandite, & Æthra
Vos ſuperi reſerate fores, date pabula Terra,
Pabula Nectareis meliora liquoribus, & quæ
Sint Mortali ægro pretioſa fluenta ſalutis.
VRBANVS diſpenſat opes, quas diues Olympi
Gaza Solo cumulat, pro Relligionis amore.

Viue mortalium fæliciſſimus VRBANE; viue ſolidæ pietatis prærogatiuâ Orbi vniuerſo venerabilis; Tu Reges abſentes IVBILAEI gratijs auxiſti; tu præſentes Dynaſtas Cœleſtium, Terrenarumq; opum munere cumulaſti; tu totô luſtrali annô, omnibus Epiſcopis, &

Quæ Vrbanus egit Romæ tempore Iubilæi.

Sa-

Sacerdotibus, quibus erat rei familiaris inopia; Romam venientibus religionis cauſâ; dediſti hoſpitia; vbi commodè, & alerentur, & habitarent. tuum eſſe duxiſti Sacramentis altaria munire; Cœleſti rore ſitientes animas reſtinguere; Vrbis obire templa; peregrinorum pedes abluere; ſupplicibus opem ferre; miſeris manum porrigere; omnia denique pietatis officia exercere. clara ſunt Vrbe totâ gloriæ tuæ monumenta; templa, fora, ædes, collegia, pia loca animi tui pietatem, tuarumq; actionum magnificentiam vbique glorioſè prædicant; è quibus hoc illuſtre ſeligam, quod in tricliniô maiore Xenodochij Trinitatis conſpicitur. Vrbanus Romæ omnia pietatis officia exercet.

VRBANO VIII. PONT. MAX.
Cæleſtis, humanaq; rei diſpenſatori.
Quod an. Iubilæi MDCXXV.
Apertis vtriuſque munificentiæ valuis
Xenodochium hoc, ære plurimô iuuit;
nouâ ſupellectile auxit;
Præſentiâ II. luſtrauit.
Sodalitas
grati animi monumentum P.

Affluentibus itaque in Vrbem vndique, quouis è mundi cardine populis; qui theſauros non corruptibili metallô; ſed CHRISTI immaculati agni ſanguine pretioſos mercarentur; duobus, præ cæteris Reipubl. Chriſtianæ principibus viris; obſequia deuotionis PETRI SOLIO deferentibus, optaſti cum ſplendore, & regiô apparatu IVBILAEI gratias impertiri. LEOPOLDVM Archiducem Auſtriæ Cæſaris fratrem, & SIGISMVNDI Sarmatiæ Regis inuictiſſimi filium VLADISLAVM, ſolemnibus ſacris, dapſilibus Archidux Auſtriæ, & Poloniæ princeps Romæ Iubilæum ſumũt.

conuiuijs, doniſque magnificis excepiſti; vbique liberalitatem prudentiâ, Majeſtatem humanitate, amorem moderatione temperans; quarum virtutum remigijs ad bona vota tutò nauigare potuiſti; dum æquali vultu paternum tuum amorem in omnes conferendo, pari reuerentiæ cultu tibi cuncti reſponderent. Tandem completis luſtralis anni ſolemnibus, quibus tot Infulæ, tot purpuræ diuini tui laboris teſtes interfuêre. PORTA SANCTA, quæ hactenus aperta remanſerat, non diſſimili, quàm antea ritu VII. Kal. Ianuarias à te clauſa eſt; inciſis artificis cœlô, his eius in aditu verbis.

Porta Sancta clauditur 24. Decéb. 1625.

VRBANVS VIII. PONT. MAX.
PORTAM SANCTAM RESERAVIT ET
CLAVSIT AN. MDCXXV.

Iubilæi tépo-ris variatio.

Erat olim hic Annus ſæcularis; at illum Clemens VI. à centeſimô, ad quinquageſimum; vltimùm Paulus II. ad vigeſimum quintũ tranſtulit; quòd ſeneſcens hominum ætas expoſceret frequentiora Cœleſtium gratiarum remedia. Interim cùm non vanus in Italiâ peſtilentiæ ſæuientis rumor aures tuas occuparet; quæ iam Panormi Siculos graui clade affecerat; Inſubriamq;, & vicinas regiones pari damno minaretur! ô Cælites lue vtrinq; Italos opprimente; quæ tua fuit in tantô metu conſtantia? Vt verò prorepens contagium, cępit aſſilire pontificiæ ditionis Vrbes, Bononiam maximè, cuius incolarum ſupra xxx. millia funerauit; dicite Ciues, quæ fuerit in tantâ perturbatione VRBANI Patris prouidentia. narrate quis eius animi vigor in eo diſcrimine; ne fomitem hauriret è viciniâ Vrbs vndiq; peſtilenti Typhone obſeſſa. Sunt opportunè vetita commercia; horrea frumentis impleta; ſeruati cuſtodibus limites; indicta tribunalib. Alcedonia;

Peſtis in Italia ſæuire incipit.

Vrbanus prouidè impedit Italicæ peſtis progreſſus.

tem-

Digitized by Google

templa piè luſtrata; ſupplicationes Vrbe tota decretæ. His remedijs Româ procul exulauit furia, quæ faciebat alibi mortaria Diomedæis præſepijs funeſtiora. Noluit Deus tam fœdâ tabe regionem pollui, quæ puriore ritu veræ religionis ſacra coleret. Vrbs hodie ſub VRBANO Europæ beatiſſima, quæ cum toties olim ignem paſſa ſit; ſuis è flammis lucidior reluxit. Vrbs auguſtiſſima Chriſtianæ religionis ſedes; vbi ſedet VRBANVS major auctoritate, Moyſe; major Iuſtitiâ, Samuele. At inter cætera optimæ politiæ præconia, quibus te maximè commendat Italia; labor eſt, & induſtria annonæ, quam in difficillimis temporibus, ne frumentationis penuriâ ciuitas anhelaret, copioſam procuraſti; recluſis Terrâ, marique commercij vijs, per quas ad vilitatem, frumenti copia abundauit; & quod antea parciſſimè vendebatur, publicâ largitate cœpit euileſcere. indigebat hac prudentiſſimi Principis pietate Vrbs Ciuium multitudine oneroſa. redundauit panis in forô, quô magnus populus videbatur, velut vnâ mensâ continuò ſatiari. his blandimentis poſt Reges exactos, ſibi Romæ patricij ſummam rerum auocarunt. hac ſpecie ſubegit amore plebem Auguſtus. Nec minus addidit gloriæ annonæ cura Pompeio; quàm ſuis Oriens, Occidenſq; victorijs luſtratus; & licet in Latiô plerumque ſit maxima frugum, vitium, olerumque fertilitas; quandoque tamen, vt fœcundiſſima quæuis regio, ad iniuriam ſterilitatis exareſcit; natiuâ ſuâ fruſtratum vbertate. nec tamen puduit ſterilitatis inſolitæ; quia tu (PROVIDENTISSIME PATER) neceſſitatibus Vrbis, & pudori matuiè ſubueniſti, exterorum frumenta colligendo; Ciuium monopolia diſſipando; frugum, rerumq; pretia

Roma præſeruata à peſtilentia.

Roma Religionis ſedes.

Vrbanus annonæ caritati ſuccurrit.

Ars captandi plebem.

Regiones fertiles quâdoq; ſterileſcunt.

Ars procurādæ abundantiæ.

moderando; ratus hac auctoritate, & vigilantiâ fore, vt omnium neceſſariorum affluentiâ Ciuitas exuberaret; omniumq; in te ſtudia, cultumq; prouocares, populum annonâ, militem donis, honore patricios, amore ciues, ſecuritate ſubditos, cunctos ocij dulcedine nutriendo. fieri non poteſt (monebat Auguſtum Liuia) vt princeps omnibus placeat, omniũq; votis reſpondeat; etenim omnibus, & in omnibus in hoc ſacrô principatu ſimul placere meruiſti. neque mehercle cunctis tua facta æquè placerent, niſi optima, maximaque forent. maximum ideo prçconium optimi principis eſt, omnia ſic facere, vt omnium teſtimonia, & aſſenſum mereatur. Vita tua regula erit, ad cuius examen ſuas actiones Chriſtianus princeps expendet. Etenim quamuis Heroum facinora graues quandoque ſoleant à liuore calumnias, vt Sol è Terrâ nebulas, excitare;

Dio lib. 55.

Vrbani actiones omnium teſtimonijs approbantur.

Eſt aliquod meriti ſpacium, quod nulla furentis
Inuidia menſura capit. —

Claud. de land. Stilic. panegy. 3.

Tales ſunt maximarum virtutum tuarum imagines, IN SOLIO DIVINITATIS conſpicuæ, quas nullis inuidiæ flabris obnoxias reddidiſti; earum obiectu Orphei ſtatuæ, hoc eſt eximiorum poetarum ingenia tuis deſcribẽdis encomijs operosè deſudabũt. fateor illas hic longè inferiori ſtilo à nobis exprimi; ſed ſi par afferendus, quis erit? tantùm enim humanas ſuperant vires, quantùm omne mortale faſtigium tua excedit conditio. Sed nos aliò vocat (Princeps hominum in Terris ſpectatiſſime) geſtorum tuorum ſeries. Iam maximorum Regum nos interpellant legationes PETRI SOLIO, VRBANI TIARAE humiles, obſequioſæ. Dux Alcala potentiſſimi Regis Hiſpaniarum Orator, magnifico ſtipatus nobi-

Arrian. de rebus geſt. Alex.

lium

lium comitatu, APOSTOLATVS principi ſtudium, beneuolentiam, obſequia his verbis defert.

Per hunc virum PHILIPPVS REX, te VRBANE VIII. de genu adorat, te Chriſti D. Vicarium, ac Petri ſucceſſorem agnoſcit; tibi Eccleſia Catholica, ac totius Reipubl. Chriſtiana capiti obedientiam volens, ac lubens exhibet, ſimulq; Apoſtolica Sedi, atq; Ortodoxa religioni, à cuius ſtudiò, ac patrociniò nulla eum cauſa aliquando abſtrahet; vires, opeſque Terrâ, mariq; ſuas conſtantisſimè pollicetur.

Formula obedientiæ præſtitæ ab Oratore Catholico Sedi Apoſtolicæ.

Polonus Ottomannici imperij terror venit ab vltimâ Cœli rigidioris Sarmatiâ, numeroſâ nobilium clientelâ magnificus, auro grauis, gemmis,& purpurâ luxurians, Vrbemque ingreditur veterum triumphis auguſtior; & inter hæc excelſa; Regis, ac Reipubl. nomine humiles deuotionis ſpiritus ad ſanctiſsimos pedes deponit. Suſtinuit Gallicæ legationis majeſtatem Dux Crequyus indoli Regiæ pares animos gerens; qui ſolemni pompâ, præſtantium nobilium agmine, tuos ad pedes ſubmiſſus, in aulâ regiâ, Regis Chriſtianiſſimi mandata amoris, & obſequij pleniſſima apertiſſimô vultu compleuit. Germania, quæ pridem à barbaris laceratum imperium pietatis vlnis excepit; Cæſaris nomine procliuis ad genua, tibi, vt CHRISTI VICARIO adorationis tributum pendit. Parum erat majeſtati tuę; niſi Religionis gloria igneis euecta diuini ſpiritus quadrigis, extra noſtrum Solem volitaret, & per retorridas vehementi Solis appulſu regiones ferretur. Adſunt ab vltima Aethiopiâ gentes, quę melioribus afflatę ſyderibus, Mahumetis ſuperſtitione exploſâ, in Ouile tuum reuertuntur. Te venerantur CONGIANI Aethiopibus ad Orientem adia-

Polonicæ legationis Magnificentia.

DuxCrequyusGallicæ legationis princeps,

Orator Cæſaris Vrbanum veneratur.

Africa. Æthiopiæ Rex Vrbano cultũ, & obedientiam defert.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

cen-

Digitized by Google

Congiani in Aſia. Iaponia.

centes, quos ad CHRISTI ſacra Rex Luſitaniæ Ioannes olim traduxit. Culturam fidei pariter excipit IAPONIA non procul à Sinis in extremis Aſiæ partibus Eoi maris inſula, quam vltimô ſæculô Xauerius Indiarum Apoſtolus luſtrauit. maria vaſtiſſima tranat noſtræ Religionis fama, & diuini cultus veſtigia imprimit etiam per incognitos Orbes, & torridas Zonas, æternôque frigore rigentes plagas. Americani Boreales, & Auſtrales, quos Europæorum Regum auſpicijs recepit in gremium ſalutis, optima mater Eccleſia; vaniſsimâ Idolomaniæ ſuperſtitione, ante Chriſtianorum aduentum delirabant. tu ſacris Oratoribus opere, exempló, & ſermone conſpicuis, religionis primitias in gente rudi commendaſti, qui lætitiſsimo fructuum prouentu Chriſti vineam feliciter propagarent. Satagis vbique propenſiſsimô zelô, fremente Dæmone, auxiliante Deo, gentilitatis ſolo ſemina Religionis ortodoxæ inſerere, quorum cœleſti pabulô grex puſillus adoleſcat. Redijt nouiſſimè Aethiopiæ imperator ad fidei aſylum, Dioſcori Euthichetis, alioſque præterea quoſcumque ab Eccleſia damnatos errores coram Aethiopiæ catholicô Patriarchâ abiurans; additâ per Oratorem ſupplicem hac dedititiæ humilitatis formâ. *NOS, nos, & vniuerſum Imperium noſtrum ante S. D. N. VRBANI diuinâ prouidentiâ P. VIII. pedes, Romanæ Eccleſiæ perpetuò ſubijcimus; ſic nos Deus adiuuet, & hac ſancta Dei euangelia.*

Vtraq; America Chriſti religionê ſuſcepit.

Æthiopiæ Imperatoris Orator abiurat hæreſes.

Forma ſubiectionis Æthiopiæ Imperatoris.

Dum itaq; varijs in Europâ locis fidei perduelles inſultabant; nouatorum diſceſſum compenſauit extremarum gentium fortuna, quas ad CHRISTI fidem tuis auſpicijs noſtrorum pietas immensô labore pellexit. Iamque tibi è Romanis Pontificibus primo; CONGIA-

Vrbano præſtat obedientiam Congi Regis orator.

NORVM

tum obedientiæ dixerat, vt NIGRITAE priori legato, cui Romæ extinctô, magnificô funere Paulus V. parentauerat; voluiſti ſepulchrum dari, reiq; memoriam hoc epithaphiô poſteris conſignari.

MARCHIONI ANTONIO NIGRITÆ Regis Congi Oratori, Quem Paulus V. nondum peractâ legatione in Vaticanô mortuum, in exquilijs funerauit. Vrbanus VIII. qui prim. Romanor. Pontificum à Regibus Congi, per Oratorem Ioan. Baptiſtam Viues Chriſtianæ obedientiæ iuramentum excepit; ſepulchrum extruxit, Pontificiæ caritatis monumentum.

an. D. MDCXXX. Pontif. VI.

Sepulchri Legati Regis Cōgi inſcriptio.

Sed vbi nouæ gentes ſub tuô imperiô è remotiſſimis Orbibus Chriſto auctorantur, ecce noua prodeunt è vineâ Domini ad Orbis lucem pietatis, & fidei germina, quæ iuſſiſti, vt Cœlo dignas plantas Religionis faſtis reuerenter adſcribi. Ordiar ab Elizabethâ Luſitaniæ Reginâ, filiâ, coniuge, matreq; regum, vt in ſummâ fortunâ; ſic in ſupremâ pietatis laude, tandem per te merita, quæ ſanctorū honoribus vbiq; coleretur; cùm ſoli Luſitaniæ colēdam dederant anteceſſores. Iaponēſis Eccleſia hoc æuô dedit Martyres è cataſtis, crucibus, & incendijs in Cœlum euolantes, quibus tot ſunt hodie tumuli, quot Terrarum oræ; tot laudes, quot ora gentium; tot triumphi, quot pompæ virtutum. è Franciſcanæ, & Ignatianæ familiæ caſtris Orbe Chriſtianô victores, te iubente proclamantur; quòd Tyrannorum ſæuitiem, Tonorum, Cuborumq; rabiem domuiſſent. Franciſcum Borgiam Candiæ Ducem Societatis Ieſu Generalem, integritate vitæ clarum, honore Cœleſti dignum edixiſti. Dedit Florentia eodem pænè tempore geminas tibi ſanctimoniæ

Elizabetha Luſitaniæ Regina in Sanctorū album refertur.

Iaponenſes Martyres beati pronuntiātur.

gem-

Andreas Corſinus in Sanctorum numero adſcribitur.

Maria Magdalena Pazzia beata declaratur.

Beatus Caietanus.

B. Andreas Auelinus.

B. Rita.

D. Rochus.

Sanctorum corpora reperta.

gemmas, Andream Corſinum Epiſcopum Feſſulanum, & Mariam Magdalenam Pazziam. Quibus celebritate miraculorum conſpicuis, vt eorum veterem ſanctitatem recente gloriâ Chriſtianis ſpectabilem redderes, preces, aras, templa decreuiſti. Alia duo ſeculi ornamenta nobis vna exhibet Clericorum regularium Theatinorum ſocietas, Caietanum Tianæum patriâ Vicentinum, genere patricium, ſodalitatis Patriarcham; & Andream Auelinum Sacerdotem; quos virtutibus, ac doctrinâ venerabiles, miraculis, & operibus claros, ſacro cultu ad aras honorandos declaraſti. Beatæ Ritæ eundem decernis ritum. Diuumque Rochum Monſpelienſem horarijs precibus colendum pronuntias. detecti ſunt hoc æuô ad Capitolij radices, Martinæ Virginis Romanæ, Concordij, & Epiphanij cum ſociô cineres, & oſſa; quibus translatis in locum ſacrum dediſti monumentum veneratione dignum. hi ſub Alexandro Seuero Martyrij palmam meruerant; & in locô voraginosô, plumbeis laminis marmoreo inſertis lapidi tegebantur, cum hac inſcriptione.

Hic requieſcunt corpora ſanctorum Martyrum, Martinæ Virginis, Concordij, & Epiphanij, cum ſociô eorum. ✠ Corpus Sanctæ Martinæ Virginis, & Martyris. ✠ Corpora Sanctorum Concordij, & Epiphanij.

O magna Religionis decora! ô Chriſti fortes Atletas! qui per amaritudines ſæculi, ad Cœli gloriam contendiſtis; vt Alpheus ad Arethuſam, mare Siculum ſubterlabens ſine vndarum mixtione. non dulciùs micant ſtellæ; non ſereniùs fulget Galaxia; non placidiùs Ethesiæ ſpirant; vt è veſtris pectoribus ſpirabat olim ſanctimonia; cuius ideo memoriam ſanxit iurè Pontifex apud

nos

nos coli, & æternâ venerationis Apotheoſi compenſari. Sed VRBANI, quem ſingularem gentibus hoc ſæculum genuit, pietatis officia proſequamur. erat Romæ collegium Pontificium FVLDENSE pro iuuenibus nationis Germanicæ pietate, & literis imbuendis ad propagationem fidei vtiliter inſtitutum; ſed ruebat injuriâ temporum; ni tu patris optimi affectu ſollicitô plenus, ſplendidiore cultu reparaſſes. Aderat in Vrbe, mulierum ab impudicitiæ cœnô emergentium conclaue, annorum edacitate ruinoſum. Tu, cui nunquam placuit miſerum Plutum in arcis flagellari; ſed liberalitate tuâ liberè ſpirare; largitione decenti nutantem domum ſtabilire voluiſti. Deerat ſacro purpuratorum Patrum collegio antea deſtinatum in Vaticanô Archiuium; etenim annô Iubilæi gratulantibus tibi hoc elogiô patribus aperuiſti.

Vrbanus reſtituit collegiũ Germanicum

DomusMulierum de pœnitentia reparatur.

Vrbanus Archiuium pro Coll. Cardd. in Vaticano ponit.

VRBANVS VIII. PONT. MAX.

Quòd Archiuium ſacri collegij Camerarius eiuſdem, interregni tempore in Vaticanô deſtinauerit; Pontifex aperuit. S. R. E. CARDINALES grati animi monimentum poſuere. MDCXXV.

Corruebat Aedes D. Bibianæ ſacra, quam tot pontificũ benefactorum memoria commendabat; tu caſum miſertus non ſolùm templum reparaſti; ſed honore, & cenſu auxiſti. Teſtantur parietes hâc epigraphê illuſtre liberalitatis tuæ monumentum.

Templum S. Bibianæ reſtaurat.

Ædem hanc ab Olympiâ matronâ ſanctiſſimâ in honorem S. Bibianæ Demetriæ, & Daſroſæ primùm excitatam; à Simpliciô Papâ deinde reſtitutam, ab Honorio III. conſecratam. VRBANVS VIII. Pontif. Max. inſtaurauit, & ornauit. An. Iubil. Pontif. II.

Vrbani liberalitatis præcipua facta memorãtur.

Sed inſtat vberior ſeges. Lateranenſe Baptiſterium auro,

Auditoribus Rotæ ſedes in Vaticano.

marmore decoraſti. Auditoribus Romanæ Rotæ in Vaticanô ſedem inſtruxiſti. Conuentum de Cardinalium dignitate reſtituendâ inſtituiſti. Protonotarium Apoſtolicum, qui geſta Martyrum ſcriberet edixiſti. Maronitarum Patriarcham ſacrâ ſupellectile donaſti. Collegium Illuricum ad XXXVI. humilioris fortunæ iuuenes pietate,& litteris imbuendos, auxiſti. Vaticanô conſecratô quatuor ſubterranea ſacella in angulis Tholi regiô ſumptu extruxiſti. hæc ſunt excelſæ liberalitatis glorioſa trophæa; noua tamen ſe ingerunt. occurrit D. Caij templum ære tuô erectum, & dotatum. oſtentat ſe Vaticanæ Baſilicæ muſiua MICHAELIS effigies tot gemmis, & lapillis ſegmentata. munificum te commendat in PETRVM, nauis eius reparata, & templô donata; quam in Vaticani portu collocaſti, ne turbinibus Hæreticorum foret obnoxia. occurrunt animo ſtupore circumfuſo cum ſuis imaginibus cellæ turris Vaticanæ ſtatuis Colloſæis inſignes. Hic Helena geſtat vexilla fidei triumphalem crucem; ibi cruentos explicat Veronica CHRISTI Saluatoris vultus. Video militem, qui pendentis eius in cruce latus haſtâ configit. obijcitur Andreas Apoſtolus ſuæ crucis decuſſim præferens. grandiora luſtremus. Vaticanam illuſtrat Tetraſtylon ænea moles Apoſtolorum ſepulchro impoſita, quæ fulta quatuor columnis affabrè elaboratis formæ elegantiâ ſuperat omnis antiquitatis prodigioſa miracula; illius documentum capiet, & obſtupeſcet poſteritas his in marmore inciſis litteris.

Collegium Illuricum.

In Vaticana 4. ſacella.

D. Caij templum ædificat, & dotat.

Michael Muſiuus.

Nauis Petri.

Imagines cellæ Turris Vaticanæ.

Vrbanus Apoſtolorum Sepulchrum in Vaticana Baſilica ænea mole exornat

VRBANVS VIII. PONT. MAX.

Vaticanam Baſilicam à Conſtantino Magno extructam à B. Syluestro dedicatam, in ampliſsimi templi formam

mam religioſà multorum Pontificum munificentià redactam; ſolemni ritu conſecrauit. ſepulchrum Æneà mole decorauit. Odeum, aras, & ſacella ſtatuis, ac multiplicibus operibus decorauit. Succedit fons Conſtantini luſtralis vetuſtate collapſus, in quo morbum, & crimen abluerat imperator. Tu gratiam remenſus Conſtantino, qui imperij opes in amplificationem Eccleſiæ prodegerat; temporis iniuriam cumulatâ reparatione penſaſti. non marmore, non auro contentus gemmas addens, quibus fons deformatus; ad omnem magnificentiam ornatior redderetur. Murmurant ad aures noſtræ fontis in Valle Pinciâ deſilientes aquæ, & Vrbani generoſitatem oſtentant. eſt, vbi priſcô æuô Naumachia Cæſarum ſpectabatur, marmorea in ficto lacu nauis, cuius bellica tormenta aquarum gurgites ad Ciuium vſum è faucibus eructant. ſunt mellei latices è Barberinis Apibus ad ſolatium populorum compluentes. In Praſiorum regione Indicâ liquidum mel pluere ferunt, cuius in herbas, & paluſtrium arundinum comas decidentis paſtione, armenta iucundiſſimè reficiuntur. Apes tuæ (Sanctiſsime VRBANE) opes nobis continuò mellificant, ad mille vitæ vſus, hominumq; commoda ſalutares; ſtillant è Cœlo Nectara, Ambroſiumq; diuinitatis ſuccum, cuius Alimoniâ grex tibi commiſſus à Deô mirificè recreatur. Non inter poſtrema refero tuæ magnificentiæ decora, CENTVMCELLANI PORTVS marmoream ſtructuram; cuius auctor primus olim Traianus; tu namq; Cæſaris induſtriam tantâ hodie acceſſione viciſti; vt portus à te recens conditus appareat. protendiſti quippe longiùs in mare eius ædificij molem; & vbi litus erat, per longum ſpacium importuoſum, auxiſti portu, ſollicitè

Fons Côſtantini reſtituitur, & ornatior redditur.

Fons Vallis Pinciæ lapidea naui inſignis.

Vrbanus Centumcellanum portum reſtituit.

Negotiatio vtilis eſt,& neceſſaria Reip.

proſpiciens ad negotiationis commodum,recipiendis inuectis mercibus adeſſent telonia vſui mercatorum idonea. vt verò libentiùs eò confluerent importatis aliunde opibus, & mercimonijs negotiatores;demiſti, quæ ſolui conſueuerant Maris vectigalia. Negotiatio legitima in optimô politiæ ſtatu augeri debet omni ope, nedum conſeruari; quia cenſus reipubl. cumulat, ſummaq; inuehit ad eius tutelam ſubſidia. moderatô pretiô communicat,quæ ſunt vtilia populis;& honeſtius eſt hac induſtriâ regnorum neceſſitatibus occurrere; quàm ſubditos tributorum exactionibus vexare. erant Patriarchæ in populô Dei negotiatores; & ipſe Salomon ſuper omnes reges Terræ ſapiens mercatores admiſit; non tamen quales Dominus de templô ejecit; Iuſtitiam Dei per immoderatum pecuniæ ambitum polluentes. Tibi patrimonij Eccleſiæ prudentiſſimo Oeconomo, nulla effluxere honeſta eius accreſcendi momenta; ſed immenſas opes, quibus ſplendet hodie Religio Terrâ, marique hoſtibus Dei formidabilis, tam abſtinenter adminiſtraſti, quàm alienas; & tàm diligenter, quàm tuas. nec tamen animô in eis immergeris; vt olim Caligula, cuius theſauri fructus erat, in eo ſolùm volutari. ſuſtines regiæ liberalitatis manu Religionis ſplendorem; tantâque beneficentiâ cunctos amplecteris; vt quod ambitiosè de Luerio Celtarum principe, ſincerè de te dici poſsit, veſtigia currus tui aurum; & beneficia mortalibus procreare. Pauperes incolæ, viri litterati, religioſi aduenæ, orphani, exules, captiui, Xenodochia, collegia, templa, publicæ ædes, & viæ, Vrbis plateæ, Orbis deniq; prouinciæ, omnes vbiq; prædicant VRBANI magnificentiam.O pernicem gloriæ currum!quo(MVNIFICEN-

Vrbani liberalitas.

Athenęus lib. 4. deipnoſ.

TIS-

TISSIME PRINCEPS) ad Cœlum te ſubuehit virtus. Cæterùm cùm ex ingenuis mortalitatis oblectamentis Hortorum amœnitas honeſtiſſimæ principis recreationi cedat, quem maximè iuuat regalium inter curarum ſpinas hortorum Zephyris, odoratoq; Floræ halitu refocillari. ſunt Quirinales (VRBANE) tuis ſubleuandis grauiſſimæ prouinciæ curis deſtinati; vbi floreos inter odores, velut in Hyblâ Romanâ voluiſti mellificarent BARBERINAE APES, inter amœniſſimum receſſum, altis, firmiſq; vallatum muris, vt in hôc conſeptô, opacô, & ſeclusô ſitu diuina tua mens liberiùs ſpatiaretur. Sic Perſarum reges Hortos ædibus adjacentes, quos dixere paradiſos habuerunt. ſic in Hortorum vſu, cultuq; magnificô beatum Alcinoum euulgauit antiquitas. Magnæq; Reginæ Semiramidi placuit magis de ſuo penſili viridario, quàm de regiæ ſellæ faſtigiô gloriari. Quis non anteponet Babylonicæ reginæ miraculis Barberinos tot florũ delicijs vernantes hortos? vbi aureæ paſcuntur dominatricis familiæ Apes, inter infinitas herbarum, florumque ſtirpes exoticas. luxuriant Sinenſes Roſæ, vites Canadanæ, Granadillæ Peruanæ, Irides Perſicæ, Geſmina Indica, Faſeoli Braſilici, Biſantina lychnis, Americana Coralli arbor, aliæq; innumeræ, quarum amœnitate floridiſſima illa BARBERINARVM Apium Tempe ſibi videntur Orbem tributariũ reddidiſſe. His quæſitis vndiq; floribus politiſſimos hortos donauit Flora, quibus auiculæ mellifices, ibi feliciter hoſpitantes, oblectarentur. ſed nos ab Hortis ad ruris delicias conuertamur; vbi ſolet VRBANVS ſalubri zephyrorũ afflatu Hygeeiam reſtaurare, grauium quandoq; curarum pondere fatiſcentẽ. Tu, qui Palatio Quirinali noua in vrbe dederas

Quirinales Hortos muris cingit Vrban⁹.

Horti Barberini.

Plantæ exoticæ in Hortis Barberinis.

Vrbanus Palatio Quirinali noua ædificia addidit.

In Caſtro Gãdulphi Palatium erigit.

Deſcriptio regionis amœniſſimæ.

Origo belli Mantuani.

ædificia ; voluiſti ruri pariter in CASTRO GANDVLPHI habitationes cõmodiſſimas Romanis Pontificibus apparare. In latè patenti regione ſupra collis verticem Caſtrũ aſſurgit, ſalubri Cœlô, cui benigna tellus fruges, fructuſq; copioſè fundit. creditur hìc ruralis Genij domicilium, floræ ſedes, Fructoſæ cella, nympharum domus, Zephyrorum plaga, Muſarum Helicon, Gratiarum habitatio. namq; inter denſiſſimas arborum ſyluulas, placidiſſimèq; fluentes aquarum perennium riuulos, hoſpitatrices nymphas mirificè recreat auicularũ garrientium vernulitas; cuius regionis ſpecioſiſſimus proſpectus intuentibus aduenis per oculos animũ eripit. hôc in locô remiſſionib. & quieti aptiſſimô voluiſti tuas opportunè curas fallere, vbi ruſticas acquireres vires, quæ tuæ incolumitati, noſtriſq; votis diutiſsimè fauerent. Iam verò legationes, quas ſapientiſs. VRBANI prouidentia, pro religionis bonô, paciſq; inter æmulas potentias procuratione adornauit, breuiter contexamus. Vt primùm tibi concreditæ ſunt in ſacrô principatu REGNI COELORVM CLAVES; Italia ſopitis inter Allobrogem, & Mantuanum diſsidijs, pacem ſibi iam tuis auſpicijs reuocatam gratulabatur; ſed mox è GONZAGARVM fatô belli plagæ recruduêrunt, quæ nouiſsimè ſanctiſsimi Pontificis obduxerat prudentia. Germania Cæſaris clientelæ vindex per Lepontias Alpes in Mantuanum, Colaltô Duce militares copias explicabat. Gallia iam oppreſsis rebellibus, per Cottias, & Penninas ſuos tranſmittebat exercitus, qui GONZAGAE Niuernenſi ſibi clientelæ iure deuinctô ſuppetias ferrent. Hiſpanus pronô fœdere ibat in partes Cæſaris. Venetus, qui res ſuas in hac ſcenâ tractari videbat; omni commeatus, & armo-

rum apparatu Mantuæ ſubſidia parabat. ab huius procellæ motu ſibi naufragium præuidebat ITALIA; niſi crebris legationibus maturè principes ad concordiam ſollicitaſſes; veritus ne regio beatiſſima, quæ ſæpius ab externis armis nouerat ſibi parari fatum; iterum pateret barbarorum furori, quorum ferrô, & igne fuerat aliàs miſerè vaſtata. Iamq; antehac fratris Filium EMINENTISS. FRANCISCVM (quem omnes boni, doctique ornamentum ſeculi commendant) in Galliam miſeras, & in Hiſpaniam; vt expenſis vtriuſque potentiæ diſſidij cauſis, Regum animos ad concordiam flecteret. Reducem pacem, qui non optabant? qui non ad eam vota protollebant! cuius abſentia cedebat in perniciem Religionis; iam in aras, & ſacra impiè debacchante Suecô, qui toties in Germaniâ prælijs Cæſarem fregerat O MVCRO DOMINI QVOVSQVE REQVIESCES! Inter hæc vrgentiſſima Religionis diſcrimina, tu pijſſime VRBANE, ſubſidia de Cœlô traxiſti, reſeratis vbiq; Indulgentiarum theſauris, quibus à populô electô ſummi numinis auxilium imploraretur. in tantô Gothici furoris metu pietati tuæ non defuit Deus, qui Draconis confregit caput, glorioſiſsimâ de GVSTAVO partâ victoriâ. Cœli virtute cadit SVECORVM Rex audaciſsimus; qui ab vltimis Aquilonis oris prodiens, vt ab ima ſtyge feralis Leo, victricibus armis Germaniam omnem cæde, ac incendiô peragrarat; cùm iam fœda PALATINAE rebellionis illuuies, longè, latèque illic tonante Marte, & ſæuientibus bellorum procellis omnia inundaſſet. Iam immanis Suecorum Regis ambitio diſtrictis in cædem gladijs, Italicæ ſaluti inſidebat, exitium religioni minans, agris vaſtitatem, vrbibus depopulationem, cun-

Francisc. Card. Barberinus Vrbani Nepos in Galliam, & Hiſpaniam ad pacem Legatus.

Vniuerſales Indulgentiæ toto Chriſtiano orbe euulgantur.

Palatinus Cæſaris perduellis.

ctis

ctis vim, & ſeruitutem. At in his extremis anguſtijs pugnam pro tuâ ſalute capeſsit Deus; cuius fiduciâ plenus aſſerebas IN DOMINO SPERANS NON INFIRMABOR. namq; dum procinctus in acie GVSTAVVS Catholicos acriter vrgeret, & inter tormentorum flammas, miſsiliumque globulorum concitatas grandines Martium furorem ſpiraret; dum per medios ordines diſcurreret interritus, & inter inſultantium clamores, morientium gemitus, ſpirantiaq; cadauera ſibi victoriam aſſereret; Ecce Deus, QVI FACIT MIRBILIA MAGNA SOLVS, vulturio paludato prædam eripit; inter ſuos minoris tormenti ictu tranſuerberato.

Guſtauus Rex Suecorũ in prçlio cadit.

Plaudite tergemini, Cœleſtia pignora colles;
Malobathrum, & violas, colocasſiâ, lilia, myrtos,
Thuraq, narciſſos, calthas, opobalſama veſtris
Parturite agris; iam perlita Terra cruore
GVSTAVI, æternas vobis producit Oliuas,
VRBANI pietate, Polos quæ vertice tangent.

Ab hoc hoſte tot victorijs elatô, tantarumque vrbium prædâ opulentô; nunquam religioni (PATER SANCTISSIME) major metus fuit. O altiſsimam Dei prouidentiam? qui momentò

Guſtaui progreſſus timẽdi.

— *mutat ima ſummis;*

Regumq; faſtuoſa ſolia in deſpectum populorum euertit. Legationes Pontificias repetamus ad Cæſarem, Reges, Reſpublicas, & principes Chriſtianos conciliandæ pacis gratiâ adornatas; quarum prudentiâ, diligentiâ, & fide ſunt à te feliciter compoſita ob Vulturenos Regum diſsidia; Valletellinâ, repetentibus Rhætis in depoſitum tibi reſtitutâ, cuius inter Gallos, & Hiſpanos alternata inuaſio Italiæ perniciem minabatur. diſcuſſiſti hanc

Vallis Tellina Torquato de Comitib. pro Pontifice reſtituitur.

flam-

flammam à leui fomite accenſam. & vtrumq; Regem per te pacis arbitrum, pacis auctor Deus conciliauit. quod in publicô purpuratorum patrum conuentu, his verbis teſtari voluiſti. *Demum, quod noſtris erat in votis, ex vnanimi Regum voluntate pax eſt firmata. omnem mouimus lapidem, ne quid detrimenti Catholica Religio pateretur. teſtes ſunt ipſi Reges, & ipſe nouit Deus, cuius honorem, & gloriam præ oculis ſemper habuimus.*

Vrbani verba in colleg. Cardinaliũ, inter Reges pace ſancita.

Dum autem pacis inter Reges conſtituendæ negotia tractarentur; Britanniam meditaris, florentiſſimum Borealis Oceani regnum; cuius defectio à veteri religione, vltimo debetur Henrico in omnem libidinem, & ſæuitiem corrupto principi. MARIAE HENRICETAE BORBONIAE Anglorum Reginæ Roſam auream ab EMINENTISSIMO FRANCISCO nepote donô dari iubes. recordetur pijſſima Heroina. munus hoc Romanæ ſedis eſſe, ſine ſpinis, & in Eccleſiæ roſariô, non in Adonidis hortô cultum, collectumque; ſibique, vt alteri Clotildi debitum, quæ ſecura mariti amoris, tandem Britannos ad fidei gremium reducat; vt ſi vna fœmina impotẽti rapta in Deum animô per tot cædes, & ſacrilegas deprædationes Religionis proſcriptæ cauſa fuerit; altera longè diſſimilis per virtutes cœleſti dignas imperiô, Catholicis regni exulem fidem poſtliminio reſtituat. Satagit interim Franciſcus patrui mandatis obſecundans, luſtratâ Galliâ in Hiſpaniam contendere, ad benè firmandam pacem, quæ vacillabat inter Reges; ſub quibus vt ſub vtroque cardine Europæ fortuna vertebatur. dum hæc ita ageret in Hiſpaniâ, Regiam prolem è Cœleſti lauacrô ſuſcipit; ſtudetque ſedulò vtramque gentem arctiſſimô fœdere copulare; quæ con-

Vrbanus roſã aureã Angliæ reginæ mittit.

Ioan. Bap. Pallottus Núcius ad Cæſarem.

Card. Anton. Legatus à latere per Italiam.

Ælian lib. 3. c. 23.

In principatu eccleſiaſtico ſunt continui labores.

Plutarchus in inſtit. puer.

cors ſufficeret Aſiæ Tyrannis edomandis. iubes eadem obiri munera à Nuncio Apoſtolico PALLOTTO Archiepiſcopo Theſſalonicæ ſpectatiſſimæ prudentiæ, & fidei præſule, quem in honorem meriti Romani muricis majeſtate auxiſti. Cùm tamen nouas in dies procellas flammis, ſanguine, ſtragibus Orbi funeſtas ab Aquilone moueret hæreſis; nepotem alterum ANTONIVM altiſſimæ indolis, tuæque mentis integerrimæ conſcium principem per Italiam delegaſti; qui Bononiæ tandem conſêdit, vt auerteret è viciniâ imminentes belli, peſtiſque calamitates, quæ populis exitium minabantur. Vellicat ſibi femur Pellicanus, vt excuſſô ſanguine ſuos in vitam reſtituat. tu ſanguini tuo (Indulgentiſsime pater) non parcis, tot periculis nepotes exponens; vt filijs, hoc eſt fideli populo ſalutem reſtaures. At in ſacro Religionis principatu, vt magni ſic continui ſunt labores, cuius externus ſplendor fit imprudentibus conſpectior, qui ſapientibus oneroſior reſpondet. Nauclerus quieſcit in aliquô magni Maris locô. Tu Vigilantiſsime Chriſtianorum nauarche, ſine periculô nuſquam dormitas; dum te pulſant cõtinuæ curarum procellæ, quæ te de clauô pontificiæ nauis, ni perpetuò vigilares, excuterent. non enim ſufficit omnia ipſe ex officiô agas; aſt opus eſt, quà ratione etiam reliqui optimè agãt, proſpicias. Eſt operoſioris ſapientiæ labor, vbique in regnô cauere, ne religio contemnatur, Iuſtitia opprimatur, hoſtes inualeſcant, ſatrapæ tyrãnidem exerceant; hæc iurè populo timet Princeps, vt populus æquè ſaluti principis timeat, à quà felicitatem ſuam pendere nouit. Hanc ſolertiam Perſarum Regi excitabat Aulicus ſub crepuſculum matutinum inſonans, SVRGE REX REMPVBLICAM CVRA.

fuit

Digitized by Google

fuit hæc eadem Thebano Duci ſoliciti in patriam amoris anxietas; dum Ciuibus feſta agentibus ſolus mœnia obiret; & quærentibus de labore nimis importunô reſponderet ſe ſolicitum eſſe, vt Ciuium lætitia ſit ſecura. Tu Spiritus vitalis, quem tot hominum millia trahunt; Circæa virga, quâ tactæ feræ, hominesque miteſcunt, hãc vbiq; ſeruas in imperiô virtutis AKPIBEIAN; ſolertiam, quæ tibi etiam in paruis magni perſæpe eſt momenti. Regale ſacerdotium, cuius auctoritate populorum injuriæ, cladeſque ſopiuntur. immenſas habet curas, quarum in partem petit eminentes pietate, fide, & ſapientiâ viros. dum enim ſolus princeps ſuâ ſcientiâ cuncta complecti non valet, indiget prudentium commerciô, quorum adminiculis imperij moles, quam nec Atlas ſine Hercule ſuſtineret, fulciatur. Fratrem ideo ANTONIVM in ſeraphicô CAPVCCINORVM cœtu pietate fulgentem gemmam; vt Herculem ad curarum pondus aſſumis; cum FRANCISCO, ANTONIO, & THADAEO Romæ præfecto ſapientiſſimis nepotib. quorum voluiſti conſilijs moueri hanc magnam Hierarchiæ molem. Regalis ſacerdotij dignitas in editiſſimô rerum humanarum apice collocatur; vt Ara Iouis in Lycæô Arcadiæ monte, ad quam non permeant marceſcentes vanitatis vmbræ. Hos tibi, & ſimiles ſolidæ virtutis miniſtros aſciuiſti; non autem inexplebiles paraſitorũ erucas, quæ ferali morſu flores abſũmerent, vnde vitale mel innoxijs apibus debebatur. quâ pietate, quo vigore animi, quâ ſapientiâ, quàm denique plauſibili omnium teſtimoniô obierint commiſſa munia; ſic omnium aſſensione confirmatur; vt inuida malignitas, quæ ſolet in magnificos viros vitia fingere, nihil eorum ſpectatiſſi-

Plutarch. in Epamin.

Fr. Antonius Card. Barberinus aſſumptus ad curã Eccleſiæ.

Pauſan. in Arcad.

Barberinorũ illuſtres actiones.

mis actibus obijciat. Vidit eos, & nouit Roma in arduis rebus erectos; in proſperis conſtantes; in calamitoſis miſericordes; in religioſis pios; in publicis magnificos; in priuatis munificos. illorum vbique celebrat Orbis gratitudinem erga Principes; magnificentiam erga nobiles; beneficentiam erga literatos. ſacra loca pijs largitionibus iuuant; nationes externas patrociniô fouent; omniq; ſtudiô Religionis incrementa promouent. Virginibus dotes diſtribuere; bibliothecas inſtruere; templa ædificare, ſunt eorum inſignia pietatis monumenta, quæ vel ipſa Seraphica Capuccinorum ſodalitas his literis æuo ſuperſtiti commendauit.

Card. S. Onuphrij Barberinus cęnobiũ Capuccinorũ erigit.

FR. ANTONIVS BARBERINVS S. R. E. Presb. Card. S. Onuphrij, Vrbani VIII. germanus frater templum immaculatæ Virginis Conceptionis, Capuccinis fratribus Cœnobium à fundamentô erexit; religioſi in Deiparam obſequij; benefica in ſuum ordinem caritatis monumentum. an. ſalutis MDCXXVIII. Capuccini FF. grati animi ergò poſuere.

Premitur magnis curis ſacer principatus; tum quia magni ponderis eſt animarum imperiũ; tum quòd in dies latior fiat ditionis eius amplitudo. placuit Deo Chriſti ſponſam Regum mammillis lactari. Eccleſiæ libertatem erexit cum ſplendore Conſtantinus. auxit eius ornamenta Carolus Magnus; & incrementa dedit Heroina Mathildis, quæ diuis maluit, quã hominibus patrimonium relinquere. huic repenſat hodie VRBANVS gratiarum vices, translatô nouiſſimè in Vaticanam eius corpore, & honorificâ ſepulturâ in Apoſtolorum æde conditô, vt penes eos mortua iaceat, quos viuens omnibus pietatis officijs coluerat. Sic Euangelicæ legis majeſtatem

Iſai. cap. 60.

Conſtantini, & Caroli magni i Eccleſiã liberalitas.

Mathildis ſuum patrimonium eccleſię relinquit.

Re-

Reges, vt in Cœlô ſublimiùs regnarent, ſuorum in Terrâ ſceptrorum donô conſpicuam reddidêre. nouiſſimè ſub tuis auſpicijs Vrbini Ducatus Pontificiæ ditioni accreuit; quæ continuô tractu, iam per Latium, Vmbriam, Picenum, Flaminiamque funditur à mari ſupero, ad inferum. Româ, Auenione, Bononiâ, Ferrariâ, Peruſijs, Anconâ, Rauennâ, Vrbinô, Vetuloniô, Piſaurô, & alijs Pontificiæ tiaræ gemmis ſplendidam regalis ſacerdotij venerationem facientibus. Hos populos ſactô nexu fidelitatis, clientelæ, & obſequij tibi deuinctos foues vt pater; regis vt princeps; eoſque ſub leni iugô obedientiæ nectis pacis, & iuſtitiæ vinculô, quo nihil ad eorum felicitatem potentius. artes quippe, & literæ vigent, floretque religio, vigente, regnanteque pace; cuius robur aliunde quàm à Iuſtitiâ duci nequit; vt hoc nobis ingeniosè ſignificaſti, cusô ex argentô numiſmate, vbi inter enſem, & lancem Iuſtitia ſedet, cum hac epigraphê. PAX IN VIRTVTE TVA. His populis præfeciſti viros integritate, & ſapientiâ claros, quibus in imperiô ſuprema Lex foret, DEI GLORIA POPVLI SALVS; vnde deriuat, vt à perenni bonorum fonte Rerumpubl. felicitas. paucos è multis placebit ſeligere; ne multorum congerie tædio ſit, quod oblectationi damus. Feceras nouiſſimè Vaticanæ purpuræ ſplendore conſpicuos BERNARDINVM SPADAM à legatione Gallicâ reducem. BERLINGERIVM GYPSIVM grauiſſimis Apoſtolicæ ditionis curis Vrbini mancipatum; & IVLIVM SACCHETTVM ab Hiſpaniarum Rege Catholicô Nuncium reuertentem, quorum hodie

— *Clara virtus, & fides*
Experta multis rebus, ac periculis,

Pontificij dominij amplitudo.

Vrbanus pacem, & iuſtitiam vbiq; procurat.

Vrbanus ad præfecturas eligit Præſules ſpectatæ integritatis, & ſapientiæ.

Cardinalium Spadæ, Gypſij, & Sacchetti eminentes virtutes.

Itali propagat dignitatem nominis.
His autem EMINENTISSIMIS VIRIS, quibus eſt excelſa meritorum ſublimitas, legationes, & magiſtratus dediſti, vt reliquis dignitate præſtantiores; ſic omnibus immenſitate curarum grauiores, SPADAM Bononiæ; SACCHETTVM Ferrariæ; GYPSIVM Vrbino præfeceras; vt nouos municipes, quos recenter admiſerat, in pontificiâ fide retineret. Quibus prouinciarum gubernaculis conſtare cępit, quanta foret Antiſtitum ſapientia; dum Italia ſibi vndiq; cladem proſpiceret ab hoſtium ferrô, peſtilentiæ contagiô, annonæ penuriâ; ni malignæ ſortis violentia cecidiſſet illorum virtutis obiectu; quæ decliuem aſpernans facilitatem durioribus negotijs eniteſcit. Erat Hermiæ tumulo Smaragdinis oculis erectus è marmore Leo, cuius aſpectu maritima monſtra terrore afflabantur. terruit hæc Erebi portenta Ampliſſimorum præſulum radioſa facies, cuius intuitu Majeſtatis pleniſſimô cohibitæ ſunt tres illæ caninâ rabie furentes Atæ. fuerunt iſti gloriæ tuæ fidiſſimi aſſertores; per quos eradicaſti truculentas cædes, inteſtina Italiæ mala, decretorum ſeueritate cauens, ne ſicario, graſſatori, & exuli vllibi ditionis pontificiæ aſylum eſſet. ſolet quandoque inuidia inter Magnatum familias ab improbis æmulationibus odia excitare; quæ tenaciùs animis inhærentia, flammas concipiunt non niſi morte, & internecione multorum extinguendas. ſuggerebant ſyluam huic incendio (quod in Reipubl. ardebat exitium) Erebô nati homines, mercenariô ferrô ciuium capita licitantes. Erant ædes nobilium Buſiridis aræ. Quid non egiſti (Sapientiſſime VRBANE) ſalutaribus decretis, vt huic occurreres pro ſerpenti gangrenæ? iubens è ciuili

Plin. lib. 37.

Vrbanus ditionem pontificiam ſicarijs, & graſſatoribus expurgat.

cor-

corpore præſcindi putredines, quæ viroſo rixarum germini pabulum dabant. vt digna eſt Chriſtianô, nobiliq; virô injuriarum amneiſtia; ſic vt illicita legibus damnatur flagitioſa vindictarum licentia. claritatem ſanguinis per cædes aſſerere, & honorem generis, infami violentiæ impetu ſuſtinere; belluina eſt immanitas, & improbitatis Gygantçæ exercitatio. alebant in æmulis familijs internecina odia ſicarij, genus hominum pronum ad omne nefas ſine re, ſine ſede, ſine lege; & quos perfidia, *Si doloſi ſpes refulgeat nummi*; in proprios dominos graſſari promitteret. Horum diſſipaſti perditorum hominum audaciam; iubens alienigenas, extorres ab vrbium incolatu excludi; nobiliumque domeſticô famulatu interdici. Nec tibi ſatis fuit hâc ſcabie rempubl. expurgare; quæ cùm publicæ pacis ſalutem arroderet, tum ciuium cenſus ad inopiam depaſceret. curaſti inter illuſtres natalibus familias concordiæ ſationem induci, quæ nullis diffidentiæ ventis læderetur. Optimi principis argumentum nobilitatem fouere, æſtimare; in quâ ſitum eſt omne reipubl. decus, ac robur; cui adhæret regni fides, & fortitudo. Tyrannus dum vult metui, non amari; gaudet eminentes ſpicas è mediô tolli. Nobiles amat verus princeps, & libenter in conſpectu Senecarum, Corbulonum gubernationis ſuæ rationes ponit. Nihil in ſacrô principatu honorificentius duxiſti, quàm actiones tuas magnorum virorum teſtimoniô comprobari. Habet Chriſtiana reſpublica, quod in te ſupra cæteros pontifices magni faciat; non timet, cùm de tuâ loquitur Iuſtitiâ iniquitatem exprobrari; cum de tuâ clementiâ, crudelitatem; cum de liberalitate auaritiam; cum de continentiâ libidinem; cum de ſapientiâ imperitiam; cum de beni-

Iniuriarum obliuio digna Chriſt. nobilique viro.

Sicarij quales

Vrbanus alit inter nobiles concordiam.

Reipub. decus, & robur nobilitas.

Digitized by Google

Nefas eſt priuato de principibus exiſtimare.

nignitate ſuperbiam; quamquam de principibus exiſtimare fas ſit nemini; quòd in veſtibulô inquirentem repellat obiecta veneratio. nullum tamen gratius Orbi ſpectaculum erit; quàm in ſacro-ſanctô magiſtratu tuô propriarum actionum illuſtria monumenta contemplari. ſine gratiâ, ſine ambitione, ſolius bonæ conſcientiæ pretiô ad illarum commemorationem ducimur; nec ventoſæ popularitatis applauſu, quem excitet mendax aſſentatio titilamur. ſcimus hæc à te deuitari laudum onera; at ſcimus eas à nemine, qui non improbus audiat, diſſimulari poſſe.

Vrbanus Nobiles à genere, & virtute iuuat.

Claritudo tuorum natalium, quam ad ſummum gloriæ apicem heroicis actionibus prouexiſti; in patricios amorem inſeuit, quos acerbitate fortunæ collapſos auxiliatrice manu libenter erigis; odium tamen retines in antiqua eorum mala violentiam, ſuperbiam, & ſocordiam; vt intelligant non minùs vetuſta

Nobilitatis antiqua mala.

familiæ lumina præſentibus extingui vitijs; quàm nouis virtutum ſplendoribus plebeios natales illuſtrari. Vecors, aut flagitioſa nobilitas fœdam ſubitô lapſu ruinam facit. illa quippe luxu, faſtuq; diffluens bona, quibus fulcitur, decoquit. Iſta animô ferox, manu rapax, audax ad omne ſcelus victimam ſe vitijs præbet; dum ijs moribus ſuas credit ſuſtentare libidines. Vt obſoniorum fumus nares irritat, non ſtomachum paſcit; ita ſanguinis

Nobilitas ſine virtute qualis.

claritudo nullô ſubnixa proprij meriti honore, non veram confert dignitatem; ſed ad virtutem ſtimulos addit, quâ dignitas comparatur. Magnum eſt à domeſticæ virtutis majorum pretiô commendari; ſed vanum ſi nihil à propriâ veniat induſtriâ, de alienô gloriari. Vt in eo, qui à ſordidæ plebis natatibus originem refert, abiectam animi vilitatem ad nihil egregiè gerendum aptam depre-

hen-

hendimus; ſic in illuſtri locô natô ſublimes plerunque elucere virtutes, beneficiô ſeminis nepotibus ingeneratas. quod tam altè patriciorum animis olim Romæ inſederat; vt pollui religiones crederent, ſi cum plebeiô nuptias coirent. Erat inter Spartanos Illuſtris familia, quæ lanceę ſpeciem corpori à naturâ inuſtam gerebat, quâ qui carebant projectitij cenſebantur. Tu veram nobilitatem, lanceæ, hoc eſt virtutis ſigna gerentem admittis; adulterinos habes, quicumque non ducunt ab hoc charactere dignitatis ſuæ fundamenta; Ideoque cùm ſis genere, & virtute optimus, omnes circa te tui ſimiles habere ſatagis. VRBANI aula ſapientum eſt ſympoſium; religioſorum conclaue, proborum contubernium; à quorum exactâ vitæ amuſſi cæterorum mores expenduntur. Talis quippe cenſetur Princeps (monuit aliàs Auguſtum Mœcenas) qualia facta ſuis exercere permittit. & quod nemini accidit priuato, alienum ſuorum vitium principis opprobrium celebratur. habes hoc ſolatium, quòd aulicos habeas doctrinæ, morumque dotibus inclytos. proſpexiſti ſolùm in tuam familiaritatem accederent, qui ſapientiæ ſtudijs altioribus enutrirentur; qui togæ dotibus eminerent, qui nihil in vitâ, niſi laudandum, aut facerent, aut ſentirent. hos tibi domeſticos viros comparaſti, quorum conſuetudine, & obſequiorum promptitudine delectaris. Amicos vouent Reges vel ferendi ſolatij, vel bene conſulendi gratiâ; qui fide, ſapientiâ, probitate, beneuolentiâ fortunam principis iuuent. Talis Daniel apud Cyrum; apud Salomonem Nathan; apud Scipionem Lælius; apud Auguſtum Agrippa; quos fecerat virtus, principis amicitiâ digniſſimos. peccant Magnates, qui ſecus agunt; qui paraſitorum, ganeonum

Virtutum ſemina nobilibus inſita.

Dio Chriſoſt. orat. 4.

Vrbani aula ſapientibus abũdat, & probis viris.

Talis priceps, quales Aulici.

Regum amici veri quales.

Digitized by Google

Paraſiti, Ganeones, & ſcorta ab Aulis principum arcend.

ſcortillorum admittunt conſortia, venenatas Cantharides, periculoſos ſcorpiones floribus iuxtà ferè ſtabulantes, à quibus in peſtilentem exitij ſcopulum adiguntur. VRBANI aula publicæ ſalutis eſt templum, oppreſſorum inuiolabile aſylum; Iuſtitiæ ſedes, ſapientiæ ſchola, Muſarum Helicon, religionis ſanctuarium, pietatis, & continentiæ Veſtalis ara; theatrum denique, in quo omnium virtutum opes ad vſum mortalium explicantur. Quòd verò ſapientiam pretioſis ornes bonarum artium gemmis, quibus, non vt plerique nomine magnificô ſegne otium veles; ſed vt firmior aduerſus fortuita imperes; non mirum, ſi tam generoſô conatu, clementique fauore Muſas, & earum veros cultores amplectaris. refert inter maxima ſuæ felicitatis indicia Pythagoras, Aquilam albam aduolantem ſinu, gremiôq; excepiſſe; vnde tam multa gloriatur, quæ ſupra mortalis ingenij captum erant, intellexiſſe. Tu reuera excelſæ mentis generoſa Aquila, animô ſimul, & candore virtutum alba, dum te ſapientibus, & litteratis communicas, reddis eos omni doctrinæ felicitate affluentes. vt imperantis propria virtus ſapientia; ſic peculiare munus eſt alumnos illius fouere, promouere, ac inſtitutioni iuuentutis, ſine quâ reſpubl. ſalua eſſe non poteſt; potiorem imperij partem tribuere. Si ſapientiam dilexerit princeps; in ſubditis, vitæ ſimilitudine ſapientia creſcet. Eſt enim illius vita linea, ad quam populus dirigitur, ſpeculumque ad quod conuertitur. mores eius Solis inſtar, omnium oculis obijciuntur; hinc fit vt plus exemplô, quàm imperiô proſit. effuſô itaque in vitia principe, in eadem facilè populus ruit; vt ad virtutes ſeriò incumbente, pariter ſuos mores ad eius exemplum conformat.

Qualis ſit Vrbani aula.

Vrbanus politiores literas colit.

Ælian. lib. 4. c. 17.

Sapientia virtus imperantis propria.

Plutar. in inſt. puer.

Vita principis ſpeculum eſt.

Plin. in Traiano.

Iam-

Iamdudum in Apollineâ Hyblâ; hoc eſt in ſapientiæ viridariô tuas apes enutritas eſſe, docuit ſymbolica ingenij teſſera, quâ Muſarum volucellis Lauri apici inſidentibus aſſeritur HIC DOMVS; an quia placebat ſapientiam condiri melleâ facundiæ dulcedine! Apes in arboribus, ſtillicidia mellis congerentes eloquentiam adumbrant. Laurus Apollinis Arbos ſapientiam. Apollo regis Admeti paſtor. tu CHRISTI regum regis vices gerens in terrâ homines Cœli armenta paſcis. Lauri folijs infeſtum virus extinguitur. tu ſapientiæ diuinæ pabulô animorum morbis mederis, & errorum venena profligas. at quàm dulci condimento! Cœli melleô liquore, quem tibi Iouis apum familia in diuinitatis cellulis conſtipauit. Ambroſius hâc mellificum volucellarum ambroſiâ famem expleuit. eâ paſtus eſt in cunis Plato; & hoc cœleſte nectar dormientem Pindarum recreauit. Sed in tuâ aurearum apum triade penitiora detegimus myſteria. tres in te regiæ virtutes notantur, quæ triplici titulô ſapientiæ, pietatis, & prudentiæ complent omnes numeros ter maximi principis. Pietatem ex illis ritè haberi conſtat; quòd infantulo Ioui in Idæô ſpecu deliteſcenti mellis alimoniam miniſtrarint. quòd Hippocrati Medicinæ parenti, qui medicamentis melleis ſeruarat tot hominum vitas plenis examinibus in funere parentarint. quòd careant pedibus, hoc eſt ab omni terrenâ ſorde ſint immunes; quòd è Cœlo demum liquorem Aethereum hauriant. Prudentiam etiam ab apibus ſignificari oſtendunt earum artificioſiſſimæ in cellulis ſubſtructiones; optimè inſtituti conuictus norma; annonæ cura; victus in hyemem repoſitus; labores aſſiduè diſtributi; vigiliarum, ſomni, cibi hora, & ordo; quòd inertiam caſti-

Apes Lauro inſidentes Vrbani ſymbolū.

Strab. de ſitu Orb. lib. 2.

Plin. li. 8. c. 17.

Pind. in Nem. od. 3.

Apes ſymbola ſapientiæ, pietatis, & prudentiæ.

Apes pietatis ſymbolum.

Apes prudentiæ ſymbolū.

Greg. Nazian orat. 34.

gent; concordiam ſeruent; viuant in publicum; Regem, duces, & milites habeant; quibuſcum agminatim procedentes obeunt militiæ munia; vt ſæpe homines, equoſque nocentes adoriri, & configere viſæ ſint. Apicem demum ſapientiæ apes tenere volunt, & in illis auiculis Mineruæ dona contineri, ſunt enim Muſis, & Apollini ſacrę, ſunt ad mille vitæ vſus, & commoda ſalutares; nullum fructũ lædunt; nihil pro laboribus exigunt; nullius damnô fluentes theſauros domino congerunt. an iſtis certiora ſapientiæ, quæ nulli obeſt, omnibus prodeſt requiruntur argumenta? Sed aliò nos ducat oratio. Inter egregia tuę ſapientiæ monumenta, cura Bibliothecę Vaticanę recenſetur, huic EMINENTISSIMVM PRINCIPEM FRANCISCVM vnicè tibi dilectum Nepotem præfeciſti. decet HERMATHENAE ſacrarium eius fidei, cuſtodiæque mandari, cuius è diuini pectoris receſſu

Apes ſapientiæ ſymbolũ.

Frãciſc. Card. Barberinus Vaticanæ Bibliothecarius.

Sophia medulla manat, & ſuada lepos.

Non deſunt huic oneroſiſſimæ librorum œconomiæ, (quos per tot ſæcula Romani Pontifices magnô ſtudiô, multiſq; ſumptibus in hunc locum congeſſerunt) ſpectatæ doctrinæ, fidei, & diligentiæ viri, qui laudabili famæ thyrſô percuſſi nouas, in dies euulgant ex hôc litterarum viridariô plantas æternitatis flore perennaturas. Habuit Romana eccleſia à primô poſt Chriſtum exordiô ſacras Bibliothecas, quibus ſtudioſorũ ingenia paſcerentur. Cæſarienſem Pamphilius inſtruxit. Hieroſolymitanam Alexander Solymorum Antiſtes. Romanam Hilarius primus, quæ in Lateranô poſita, optimiſq; & authenticis libris inſtructa illic tamdiu remanſit; quamdiu Romani Pontifices Lateranum incoluerunt. at Martino V.

Cuſtodia Bibliothecæ Vaticanæ egregijs viris commiſſa.

Origo Bibliothecæ Vaticanæ.

In Vaticanum tranſmigrante ibi cum eô ſedem accepit, confusè tamen; donec eam Sixtus IV. certô locô in ordinem digeſtam decenter pluteis, & armarijs inſtruxerit. Abundat hodie antiquiſſimis omnium diſciplinarum, artiumque, & linguarum libris; è multis bellorum ciuilium calamitatibus, vrbium direptionibus, populorumq; cladibus eò tranſportatis; cuius præcipui fuerunt illuſtratores Sixtus V. qui picturis penicilli gloriam æternantibus ornauit, auxitque immenſô ad illius vſum ædificiô. Tu verò (Pater Beatiſſime) non ſolùm eam infinitis propemodum codicibus Græcis MSS. locupletaſti; ſed Palatinæ libros, quos Heidelbergâ captâ Maximilianus Bauarus Pontifici donô dederat, ſummis impenſis è Germaniâ tranſuehi, & in exſtructis dumtaxat armarijs congruenter locari curaſti. Sunt pariter effecta ſapientiæ tuæ non omittenda; quæ prædicat SAPIENTIA ROMANA, vetus vrbis Athenæum, vbi celebres in omni genere doctrinæ viri è publicô ſuggeſtu docēt; quod nobilibus ædificijs, & ornamentis auxiſti. Felix Academia, quæ BARBERINAE majeſtatis inumbrata vexillis ſine metu ſuas oliuas colit; dum furialibus alibi totâ Europâ flammis in literas Bellona ſæuit. VRBANI nominis gloriam, quam publicô marmore ad perennitatem excepit; hæc ipſa ſuorum in animis, quamdiu regnabit virtus, conſeruabit. Quoties ad eius fores, vt publicas exercitationes audires verendi imperij faſces ſubmiſiſti? pluris faciens virtutis amorem, quàm diadematis fulgorem; & ſapientiæ dignitatem purpuræ majeſtati anteponens. Sed ab hâc Parthenone procul eſſe voluiſti Cornices; hoc eſt imperitis, qui calamitoſô morſu Muſarum eroderent alimenta, ad itum ad illius cathedras occluſiſti. Sic feli-

Bibliothecam Vaticanam MSS. Græcis ditat Vrban⁹.

Vrbanus Academiam Roman. ampliorem reddit, & ornatiorem.

Vrbanus delectatur exercitationibus literatorum.

Ælia. lib. 5. de animal. c. 8.

citer

citer, & diu age magne Heros; ingeniorum huius æui Lucina, numenque literatorum tutelare; ita ſuccurre literis, & præſtantibus viris; ne inuidiæ afflatu, aut inſcitiæ ventis, è malignô cardine ſpirantibus obruantur. Excepit etiam GELATORVM Academia ſpirabile tuæ ſapientiæ lumen; dum te Bononiæ ſub oſtrô Vaticanæ purpuræ venerabilem in imperiô legationis ſuſpexit; & exercitationibus, quibus vtebatur HERMATHENA ſua, mirificè delectari nouit. auxiſti Pontifex eius decora, diplomate perpetuô indulgens annuatim Academicis iura Doctoris laureæ, gratis decernendæ duobus exteris virtute, & doctrinâ ęſtimandis, quos rei familiaris tenuitas ab hoc arceret gradu; hæc ipſa demirata eſt ſacras tuæ poëſeos extaſes, diuini amoris faculas cœleſtis eloquentiæ flamine ventillantes; quæ dum Cœli virtutes animis mortalium inſerunt; pariter eradicant praua terreni cupidinis elementa. Rege, & Sacerdote digna eſt Poeſis, quia prima leges dedit hominibus, quia Cœli myſteria euulgauit. feliciter ideo conquieſcunt humanæ, diuinæque ſapientiæ munera in Muſarum ſinu, & ſolum Poëtam verè ſapientem aſſeruit inter Græcos ſapientiæ Antiſtes Plato. Fingit à Ioue Apollinem rapi; Ab Apolline Muſas illuminari; à Muſis Vatum ingenia accendi; quibus deinde cæteri mortales inſtruantur. Tales in populô Dei fuere Moſes, Iſaias, Dauid. inter Gentiles Muſæus, Orpheus, Pindarus, Homerus, Virgilius; verè digni, quibus plenis liliorum calathis occurrens aſſurgeret Pieridum chorus. Iamque ab omni ſeculô genus hoc ſtudij, maximi viri coluerunt. Scipiones, Bruti, Catullus, Scæuola, Sulpitius, Varro, Seneca. ſi quęrimus, quos illuſtret publicæ majeſtatis ſplendor. Poëma ſcri-

Gelatorũ Academia ab Vrbano priuilegia habet duos decernendi Doctores.

Vrbani Poeſis ſacra.

Plato in Dial. de ſan. furore.

Gradus furoris poetici.

Poeſis omni æuo à Magnatibus exculta.

pſit

pſit Cæſar; Poeſim in oblectationibus habuit Auguſtus. à carminis dulcedine Nerua, Tibullus dictus eſt. Adrianus poëſeos ſtudioſiſſimus fuit. Pertinax in poëticis eruditus. erat æuô ſuô Numerianus omnibus poëtis ſuperior; pangebat elegantiſſimè carmina Gratianus; meruit Carolus Magnus veterum regum bella metris deſcripta emendare. talis Leo X. fuit, vt extemporaneis verſibus cũ poëtis egregijs luderet, & delectaretur. At poſtquam cœpit res eſſe tua poëſis, decus eius, & gloriam tantùm ſupra iſtos auxiſti; quantùm ſacra tua poëmata, quæ omnibus placent eruditis, ingenij felicitate reliquis antecellunt. nec placerent mehercle omnibus, niſi magna, & præclara forent.

Vrbani poeſis ſacra, omnib. eruditis placet.

O decus, & toto meritò venerabilis æuô
Pierij tutela chori. —

Lucan. panegy. ad Piſon.

O ſapientiſſime VRBANE, debent ingenia Sophoclea tuis pangendis laudibus æternô labore, cultuq; mancipari; nos quidem reptamus humiles ſocco magis, quàm cothurno idonei. lubens tamen admitte ab inope penu, tenue deuotionis donarium. Spectatiſſima ſunt virtutum tuarum lineamenta, quas vt præſens, poſteraque ætas ſuſpiciat, abiectus ad genua Orbi propono contemplandas. Sed video gloriæ tuæ trophæa Martis ſimul, & Apollinis vexillis inumbrari. non eſt à Regali ſacerdotiô alienum pietati, & libris belli decora conjungere. Moſes ſacerdos erat, & exercituum imperator. Machabæi Pontifices magna bella geſſere. Tu longè iſtis es glorioſior; quò ſecurior duceris à Spiritu Domini ad cogitationem pacis. Noli timere, ais ouili; dominus Deus in medio tui eſt, & pro te dimicabit. Tu virtute ALTISSIMI Getas, Dacos, Thraces, Pannones, Scythas, & id genus religionis ho-

Arma in pace meditatur Vrbanus.

ſtes;ſi de gelidô Boote in Ouile tuum, vt Lupi irruperint, diſſipabis. Iam gratâ quiete fruitur, tuis auſpicijs Italia; grexque ille tuæ ditionis puſillus excipit ſine metu Cœli pabula; vallaſti quippe eum ducibus, milite, muris, arcibus, vt laceſſitus non timeat Barbarorum minas. Hoc tibi fœdus initum cum Deô, in quem non cadit infirmitas. quô propitiô, nulla tibi, tuoque gregi calamitas euenire poteſt. Nouiſſimæ victoriæ, quas Terrâ, marique in hoſtes Dei, fideiq; glorioſè retulit Chriſtianus miles; ſunt argumenta diuinæ bonitatis, quæ ſacrificijs, precibus, & votis tuis benignè ſuffragatur. Manſfeldius collectô prædonum exercitu, cœperat in Germaniâ cædibus omnia, & incendiô miſcere; vaſtare agros, vrbes obſidione premere; ſacra diripere. Graſſatoris impetum fregit Catholici militis victoria, cęſis ad internecionem copijs, quas è ſectariô grege in exitium religionis coëgerat. Danus, cui iampridem Lutherus ſuam adfricuit ſcabiem; vexilla in Cæſarem explicuerat; & Catholicos exercitu grauis opprimebat, omnia ſacrilegijs, rapinis, & ſtragibus fœdans; ſed furentem, multis prælijs compeſcuit Cęſar vbiq; victorijs inclytus, quibus VRBANI auxilia fatebatur impendiò profuiſſe. Rupella iam ad Sanctones artium fortiſſima impium Caluinianæ ſectæ refugium, rebellionis in Galliâ fomes, quæ iam à Richeriô Apoſtatâ, vt à Sinone impiô fatalem excidij equum ſuis exceperat muris. Rhoanæo duce flammas in Galliæ viſcera graſſaturas conceperat, & factionibus Anglorum fulta, Terrâ, marique LVDOVICO IVSTO MONARCHARVM HEROI negotium faceſſebat. at longâ xv. prope menſium obſidione clementiſſimo Regi deditur; ſuæ perfidiæ pœnas luens, euerſis muris, & propugnaculis,

Vrbanus pontificiam ditionē munitiorem reddidit.

Victoria de Manſfeldio a Cathol. obtinetur.

Daniæ Rex à Cæſarianis profligatur.

Rupella Arx in Gallia Caluinianorū fortiſſima à Ludouico obſidione deditur.

Digitized by Google

lis, quibus in ſpem defectionis cingebatur. Hieroſolymitani ſacræ militiæ Equites, quibus Rhodô pulſis Melita ceſſit; per Africæ, Græciæq; littora feliciter in Turcas excurrunt; vt victorijs hoſtium clari, ſic eorum ſpolijs opulenti. Quis tuæ non acceptum referet pietati (PONTIFEX OPT. MAX.) tot partas vbique Terrarum in ſectarios, & communes religionis hoſtes à Principibus Chriſtianis victorias! qui tuô ſeculô certatim videri geſtiunt rituum Eccleſiæ vindices, & acerrimi pontificiæ dignitatis aſſertores. Debent iugiter ardêre Magnates hôc ſyncerô conſeruandæ, & propagandæ religionis zelô; quia principi timenti Deum, nihil ei cedit improſperè. propitius eſt regnorum defenſor Deus, vt cùm offenſus eſt, euerſor. magnam ideo religionis cum politicô regimine affinitatem notant ſapientes; nam pietate, & cultu in Deum ſublatô, fides, humaniq; generis ſocietas, ac vna excellentiſſima virtutum iuſtitia tollatur neceſſe eſt. Vbi verò viget religio, eam bonæ leges, bonaque diſciplina, è quibus felices rerum euentus pendent, conſequuntur. Vidit hoc Marcellus, qui Romanos ad conſeruandam rempubl. plùs religione, quàm armis profeciſſe aſſeruit. Sed alia tuæ pietatis trophęa gentibus explicemus. Infeſtabat armatis triremibus Italicum mare Aſanus Calaſtatus Afer; & iam prædâ grauis, miniſq; ferox, Italiæ, Siciliæque catenas apparabat; ac intento ad rapinam animo radebat Pyrata vtriuſque regionis littora, ex improuiſo accolas, quos opprimebat, nullo diſcrimine in vincula conijciens. Non tulit graſſatoris violentiam VRBANVS triremes armat, quæ fœderatis iunctæ in contumacem pugnant, redeuntque victrices è cruentô cum Turcis prælıô; Aſani nauibus partim

Melitenſes equites feliciter per Africam, & Græciam in Turcas excurrũt.

Princeps timens Deum, nihil ei cedit improſperè.

Religionis affinitas cum politia.

Plutharc. in Marcello.

Naualis victoria in Calaſtatum Afrum.

captis,

captis, partim in profundum demerſis. Siculis eſt ſublatus timor; Italis aſſerta ſecuritas; data captiuis libertas, hoſtibus captiuitas; & qui cædem, ac vincula Chriſtianorum ceruicibus intentabat; vidit eorum vires tuis auſpicijs collectas ſufficere euertendo Ottomannorum Imperio. Quid non egit vbique terrarum auſpice Deô Chriſtianus miles? Sarmata ſub VLADISLAO Rege Inuictiſſimô, Scythas numeroſiſſimô equitatu ad Regni limites prædas agentes abigit, & ad internecionem delet. neq; diſpari ſorte in Myſiâ Oſmanis Turcæ exercitum tot centenis millibus equitum, peditumque inſtructum profligat, cogitque ad turpiſſima fœdera. Iam CHRISTI miles Religionis clamide inſignis, vbiq; tutò erigit fidei vexilla; præcerpit trophæa Dæmoni Europam ſubigens, Aſiam penetrans, Africæ terrorem incutiens. Sed nos rei ſeries (VRBANE SANCTISSIME) ad tuos, & ad egregia facta, quæ pro ſecuritate religionis imminente bellô in Italiâ patraſti, reſtituat. hìc me ſeriò interpellant CAROLI fratris tui, beatiſſimi manes; cui vt prudentiſſimo Duci imperatoris Pontificij ornamenta conceſſeras. At ſtrenuè vacans militiæ muneri, in Cœnobiô Diui Michaelis Bononiæ, vitæ laudatiſſimæ munere perfungitur. Spectabili pompâ principi ſuo è viuis exempto mœſtiſſima Ciuitas parentauit. Oratione funebri virtutes recolens, quibus ad exemplum poſteritatis animum adornarat. quòd autem militem reſtitutâ veteri diſciplinâ, ſub iugô obſequij retineret; miram apud omnes ſui nominis cõmendationem reliquit. Parentis in locum, è fęcundâ dominandi ſubſidijs BARBERINORVM gente filium admiſiſti. Succedit patris Imperio THADAEVS natus in honorem paludamenti

Polon. victoriæ in Tartaros, & Turcas.

Vbique Terrarum auſpice Vrbano, chriſtiana religi[o] feritur.

Carolus Barberinus Pontificij exercitus imper. Bononiæ obit.

Thadęus Barberinus i pręfectura patri Carolo ſuccedit.

da-

damenti princeps; qui tam prudenter, felicique rerum ſucceſſu armorum hodie gubernacula tractat; vt cùm bellô ſit optimus, pacis artes totâ ditione Pontificiâ tutò florere ſatagat. auxiſti eum virtutis magis, quàm ſanguinis exiſtimatione illectus, ampliſſimâ vrbis pręfecturâ, Præneſtiſque principatu; & felicitatem produxiſti ad nuptiarum ſacra; datâ ei in vxorem principe ANNA Philippi Paliani Ducis filiâ Columnenſis familiæ gemmâ; quæ iam tuum oblectauit ſenium ſpecioſâ prole, ingenitas naturæ beneficiô, majorum dotes referente. Erunt THADAEI filij, quibus Cœleſtis fauor ſua dona cumulatè dedit, Leænæ catuli, qui ſanguinis paterni æmuli generoſâ indole per auorum lucem ad optima quęque feſtinabunt. Thadæus Pręneſtis princeps Romæ Præfectus. Annam Columnam in vxorē ducit. Ælian. de animal.

Quàm verò prouidè ad nouitatis pericula ſacri principatus, & gregis tui cuſtodiæ proſpexiſti; ſubſtructis, & inſtructis omni militari commeatu arcibus, quæ vel à finibus imperij hoſtes externos arcebunt; vel intra fines in obſequiô populares continebunt. ijſce opus eſt præſidijs hodie Religio muniatur; quæ ſuô ſplendore, vt formoſa Selene, impiorum perſtringit oculos, præſtigijs Dæmonum eius multiplici ſpecie eluſos. Erupit olim è Germaniæ latebris hæc Hyæna populorum verſutiſſima præſtigiatrix, quæ ſolo obtutu gregis cuſtodibus eripiebat vocem, vt inauditâ feritate in ouile Chriſtianum deſæuiret. optima cautio munire arces; vrbes, & oppida vallare; quæ procul arceant hanc belluam publicæ quietis, & Religionis luem. recipiantur illuc fidiſſimô delectu armati, qui ſecuritatem vtriuſque afferant. Nulla hodie potens, & tuta reſpublica, ſine arcibus, altiſque, & firmis Vrbium propugnaculis, quæ jam à Moſis tempore filios Vrban. arces inſtruit omni commeatu militari. Qualis ſit Hęreſis. D. Clemens lib. 2. recogn. Arces vtiles, & quare. In Geneſ. c. 3.

Iſrael terrebant. deridetur Spartanorum iactantia, quibus erant ſua mœnia.

Si ſcutum ſcuto hæreret, denſuſque viro vir.

nec audiēdus pſeudopoliticus, qui dum noxias arces proclamat; hoc docet exoticâ ſapientia, vt principem imperiô exuat. vtiles eas Hierarchiæ dominio aſſeruiſti; ſeu quæ ditionis aditum hoſtibus excluderent; ſeu quæ populoſis in vrbibus rebellionem ex inſidijs irrumpentem reprimerent. Ferraria vrbs ad Padi fluenta munitiſſimô locô ſita arce, propugnaculis, muris, aggeribus, & foſſis vndiq; cingitur, quæ reddunt vrbem ditionis Pontificiæ limitaneā hoſtibus inexpugnabilem. hanc, ſæuiente nouiſſimè in vicinos agros externô milite, armis, bellatore, cōmeatu inſtruxiſti; quò tutior foret à repentinis hoſtiū inuaſionibus ſuccedunt aliæ ad mare ſuperum Eccleſiaſtici dominij arces; Ariminenſis, Anconitana, Piſaurenſis, in Vmbria Peruſina, in Samnio Vrbeuetana, è quibus, ſi quę vitiô temporis ruebant; ſolidis ſaxis ad operis firmitatem loricaſti, omniq; armorum apparatu auxiſti. Sed ijs omnibus præcellit ARX AELIA hodie te auſpice INSTRVCTA, MVNITA, PERFECTA. vt foret Romanorum pontificum tutiſſimum in impios Aſylum. quò recepti, nec Hunnorum arma, nec Vandalorum copias reformidarent. Ijs in arcibus curaſti varia bellica tormenta conflari, curuleſque machinas, quas ad procul arcendum hoſtem, muroſque ſubruendos, nouæ ſubtilitatis artificiô miles adinuenit. Sunt ex ære fuſili ęqualiter teretes; & oblongū in tubum inſertos, mixtoſque nitrato pulueri recipiunt globos; quos tenui foramine, conceptô à tergô igne, ex ore patenti flammis eluctantibus cum horrendô fragore cōtorquent. præ quibus

Ferrariæ Arcem Vrbanus munitiorem reddit.

Arces pontificiæ ditionis.

Arx Ælia Romæ ab Vrbano inſtructa, munita, perfecta.

Maioris tormenti bellici deſcriptio.

Arietes,

Arietes, Heliopoles, aliaque veterum commenta vileſcunt. Iam vna ſupereſt ARX VRBANA, quam in agrô Bononienſi, vbi pridem erat Caſtrum Leonis, non procul à Sclutemnâ flumine, Mutinæ ditioni conterminam à fundamentis erexiſti. ex hodierno militaris architecturæ vſu in Aemiliâ viâ ſubſtructam, & abſolutam, omniq; munitione bellicâ repletiſſimam voluiſti; hanc verò in ſecuritatem populorum, & pontificiæ ditionis tutelam ſalubri Cœlô, ſituque victui, pabulo, & aquationi percommodô conſtituiſti. Vbi decurrit æquali planitie ad Caſtrum Francum latè patens liberrimi proſpectus regio, cui nullus quoquouerſum eminens ſuperſtat vertex; iuſſit illic VRBANVS externorum armorum ſtrepitu è viciniâ excitus, Arcis elementa poni, quibus in tetragonô æquilaterô ſubſtruerentur validiſſimi muri, quatuor æquidiſtantibus propugnaculis vndiq; vallati. geminata exciperet circumfluentes ad muros aquas profundæ altitudinis foſſa, cuius exterius latus vndique faſtigiatâ crepidine vallaretur; quaternis munitionũ ſtructuris in forcipem ſinuatis, ad cuiuſq; propugnaculi angulos extra aggerem additis, quæ ab hoſtili aggreſſione vtramq; foſſam defenderent. at in eius mediô, vt in inſulâ ſupereminerent quatuor æquidiſtantes à propugnaculis angulares munitiones, à directâ muri ſuperficie reſolutæ. aquis vndique, & foſſulis cinctæ, ceſpite, vallis, & aggeribus tectæ, quæ tutiorem planam arcis frontem redderent. ad hanc autem ad ortum vnica porta per obliquas vias, & ſublicios pontes aditum præberet; cuius proſpectus gentilitiô Pontificis ſymbolô decorus exciperet hanc illuſtris monumenti epigraphen.

Arcem Vrbanam in agro Bononien. erigit.

Arcis Vrbanæ deſcriptio.

VRBANVS VIII. PONT. MAX.

Arcem hanc de ſuo nomine Vrbanam nuncupatam validisſimis propugnaculis, geminôque vallô, geminâque foſſâ, iugis aquæ fluxu refertâ circumdatam; vt Soli patentis aditus in ditionem S. A. hoſticis armis intercluderetur; publicæ ſecuritati conſulens à fundamentis excitatam abſoluit, & vſui militari rebus opportunis inſtruxit, & muniuit.

Cæterùm inſtrueretur ſuis equilibus, Apothecis, horreis, cellis, armamentarijs, tabernis, xenodochijs, templis, porticibus, foris, & compitis, fontibus, & puteis ſubterraneis ad omnem vſum militarem percommodis. Ferunt Arcis amplitudinem diſcreta militum habere contubernia ad decem millia; vbi diu, noctuque fiunt ſtationes, excubiæ, circuitiones. è longinquô quoquouerſum ſpectantur propugnaculis, muriſque diſpoſita curulia tormenta majores belli machinæ, quibus ad arcem caſtrametantis hoſtis aggreſſio eminùs prohibetur. porrò cura, cuſtodiaq; iſtorum non niſi commiſſa ducibus, militibuſque ſpectatæ fortitudinis, & fidei, qui pontificij municipes veteris militiæ decus ſeueritate diſciplinæ reſtituunt. Iamque

Arma viri ferte arma, —.

Ditionis Pontificiæ armamentaria.

quibus minas intentantem barbarum è Pontificij dominij finibus objectus miles repellat. Sunt Caſtra, vrbes, Arceſque præſidijs munitæ; copias vndique miniſtrant prouinciæ; Duces non deſunt, nec morantur ſtipendia; neq; deficit commeatus. Vt itaq; ad omnes belli apparatus haberes expeditè, vnde militem armares; præter armamentaria prouincialia ad rerum bellicarum vſus vbique armis, & machinis inſtructiſſima, proprium Romæ

vo-

Digitized by Google

voluiſti; opus eximium fortitudinis, & prudentiæ tuæ, quod in Vaticanô poſitum, mirôq; ordine ad terrorem, & magnificentiam diſpoſitum ſacro-ſanctæ tiaræ paludamenti decus, & robur adjungit. in vaſtiſſimas quippe apothecas armorum omnia genera oppugnationi, & repugnationi idonea congeſſiſti; tum quę hodierna hominum induſtria in ſui perniciem ingenioſa commēta eſt; tum quæ bellatrix antiquitas ad ſuos vſus admiſit. prę̨ter veterum miſſilia, ſunt infinitæ multitudinis tela, tormentaque manualia, haſtæ, ſpicula, ſariſſæ, lanceæ, ſecures, enſes, macheræ, pugiones, teretes ex ære baliſtæ, ferrea cataphractorum tegumenta, galeæ, loricæ, pilæ, glandeſque plumbeæ, ferrei globi, aliaque id genus bellica, quibus inſtruitur ad bellum miles. Iam Barbarorum ſatrapæ audeant Pontificiam tiaram, tot præſidijs hodie munitam armis laceſſere. audeant HEROI IN SOLIO DIVINITATIS ſedenti inſultare; quieſcenti in pacis gremiô negotium faceſſere. vecors audacia VRBANVM ſentiet defenſorem, qui diuinæ pietatis ſcutô præmunitus; vt Hyſtrix aculeata, virtutum ſegete infeſtos hoſtes repulſabit. Dum verò cinctus ijs gloriæ radijs calentem in omnes benignitatis, & ſapientiæ lucem diffunderes; ecce à poſticô inuidia virtutis vmbra te laceſſit; audet maligna improbitas in principem omnium mortalium optimum, ſtomachum eructare. audet infamis auaritia in Chriſtiani Orbis caput appetere. Suggere ſpiritus domini excandeſcenti ingenio ardorē; ſuggere orationi facem, quæ buſtuarios iſtos fulmina Cœli promeritos cineribus ſepeliat, & ex hominum memoriâ ſubſtrahat. quid moliris furor! quò ruis ſcelus! capital cogitare, quod paras. perdere principum Solem, Orbis lucem, ſeculi delicias,

Armamentariũ in Vaticano decernit.

Armorum varia genera.

In Vrbanum ſacrilegæ machinationes deteguntur.

reli-

citer, & diu age magne Heros; ingeniorum huius æui Lucina, numenque literatorum tutelare; ita ſuccurre literis, & præſtantibus viris; ne inuidiæ afflatu, aut inſcitiæ ventis, è malignô cardine ſpirantibus obruantur. Excepit etiam GELATORVM Academia ſpirabile tuæ ſapientiæ lumen; dum te Bononiæ ſub oſtrô Vaticanæ purpuræ venerabilem in imperiô legationis ſuſpexit; & exercitationibus, quibus vtebatur HERMATHENA ſua, mirificè delectari nouit. auxiſti Pontifex eius decora, diplomate perpetuô indulgens annuatim Academicis iura Doctoris laureæ, gratis decernendæ duobus exteris virtute, & doctrinâ ęſtimandis, quos rei familiaris tenuitas ab hoc arceret gradu; hæc ipſa demirata eſt ſacras tuæ poëſeos extaſes, diuini amoris faculas cœleſtis eloquentiæ flamine ventillantes; quæ dum Cœli virtutes animis mortalium inſerunt; pariter eradicant praua terreni cupidinis elementa. Rege, & Sacerdote digna eſt Poeſis, quia prima leges dedit hominibus, quia Cœli myſteria euulgauit. feliciter ideo conquieſcunt humanæ, diuinæque ſapientiæ munera in Muſarum ſinu, & ſolum Poëtam verè ſapientem aſſeruit inter Græcos ſapientiæ Antiſtes Plato. Fingit à Ioue Apollinem rapi; Ab Apolline Muſas illuminari; à Muſis Vatum ingenia accendi; quibus deinde cæteri mortales inſtruantur. Tales in populô Dei fuere Moſes, Iſaias, Dauid. inter Gentiles Muſæus, Orpheus, Pindarus, Homerus, Virgilius; verè digni, quibus plenis liliorum calathis occurrens aſſurgeret Pieridum chorus. Iamque ab omni ſeculô genus hoc ſtudij, maximi viri coluerunt. Scipiones, Bruti, Catullus, Scæuola, Sulpitius, Varro, Seneca. ſi quęrimus, quos illuſtret publicæ majeſtatis ſplendor. Poëma ſcri-

Gelatorũ Academia ab Vrbano priuilegia habet duos decernendi Doctores.

Vrbani Poeſis ſacra.

Plato in Dial. de ſan. furore.

Gradus furoris poetici.

Poeſis omni æuo à Magnatibus exculta.

pſit

pſit Cæſar; Poeſim in oblectationibus habuit Auguſtus. à carminis dulcedine Nerua, Tibullus dictus eſt. Adrianus poëſeos ſtudioſiſſimus fuit. Pertinax in poëticis eruditus. erat æuô ſuô Numerianus omnibus poëtis ſuperior; pangebat elegantiſſimè carmina Gratianus; meruit Carolus Magnus veterum regum bella metris deſcripta emendare. talis Leo X. fuit, vt extemporaneis verſibus cũ poëtis egregijs luderet, & delectaretur. At poſtquam cœpit res eſſe tua poëſis, decus eius, & gloriam tantùm ſupra iſtos auxiſti; quantùm ſacra tua poëmata, quæ omnibus placent eruditis, ingenij felicitate reliquis antecellunt. nec placerent mehercle omnibus, niſi magna, & præclara forent. Vrbani poeſis ſacra, omnib. eruditis placet.

O decus, & toto meritò venerabilis æuô
Pierij tutela chori. — Lucan. panegy. ad Piſon.

O ſapientiſſime VRBANE, debent ingenia Sophoclea tuis pangendis laudibus æternô labore, cultuq; mancipari; nos quidem reptamus humiles ſocco magis, quàm cothurno idonei. lubens tamen admitte ab inope penu, tenue deuotionis donarium. Spectatiſſima ſunt virtutum tuarum lineamenta, quas vt præſens, poſteraque ætas ſuſpiciat, abiectus ad genua Orbi propono contemplandas. Sed video gloriæ tuæ trophæa Martis ſimul, & Apollinis vexillis inumbrari. non eſt à Regali ſacerdotiô alienum pietati, & libris belli decora conjungere. Moſes ſacerdos erat, & exercituum imperator. Machabæi Pontifices magna bella geſſere. Tu longè iſtis es glorioſior; quò ſecurior duceris à Spiritu Domini ad cogitationem pacis. Noli timere, ais ouili; dominus Deus in medio tui eſt, & pro te dimicabit. Tu virtute ALTISSIMI Getas, Dacos, Thraces, Pannones, Scythas, & id genus religionis ho- Arma in pace meditatur Vrbanus.

ſtes

Vrbanus pontificiam ditionē munitiorem reddidit.

ſtes; ſi de gelidô Boote in Ouile tuum, vt Lupi irruperint, diſſipabis. Iam gratâ quiete fruitur, tuis auſpicijs Italia; grexque ille tuæ ditionis puſillus excipit ſine metu Cœli pabula; vallaſti quippe eum ducibus, milite, muris, arcibus, vt laceſſitus non timeat Barbarorum minas. Hoc tibi fœdus initum cum Deô, in quem non cadit infirmitas. quô propitiô, nulla tibi, tuoque gregi calamitas euenire poteſt. Nouiſſimæ victoriæ, quas Terrâ, marique in hoſtes Dei, fideiq; gloriosè retulit Chriſtianus miles; ſunt argumenta diuinæ bonitatis, quæ ſacrificijs, precibus, & votis tuis benignè ſuffragatur.

Victoria de Manſfeldio a Cathol. obtinetur.

Manſtfeldius collectô prædonum exercitu, cœperat in Germaniâ cædibus omnia, & incendiô miſcere; vaſtare agros, vrbes obſidione premere; ſacra diripere. Graſſatoris impetum fregit Catholici militis victoria, cęſis ad internecionem copijs, quas è ſectariô grege in exitium religionis coëgerat.

Daniæ Rex à Cæſarianis profligatur.

Danus, cui iampridem Lutherus ſuam adfricuit ſcabiem; vexilla in Cæſarem explicuerat; & Catholicos exercitu grauis opprimebat, omnia ſacrilegijs, rapinis, & ſtragibus fœdans; ſed furentem, multis prælijs compeſcuit Cęſar vbiq; victorijs inclytus, quibus VRBANI auxilia fatebatur impendiò profuiſſe.

Rupella Arx in Gallia Caluinianorū fortiſſima à Ludouico obſidione deditur.

Rupella iam ad Sanctones artium fortiſſima impium Caluinianæ ſectæ refugium, rebellionis in Galliâ fomes, quæ iam à Richeriô Apoſtatâ, vt à Sinone impiô fatalem excidij equum ſuis exceperat muris. Rhoanæo duce flammas in Galliæ viſcera graſſaturas conceperat, & factionibus Anglorum fulta, Terrâ, marique LVDOVICO IVSTO MONARCHARVM HEROI negotium faceſſebat. at longâ xv. propemenſium obſidione clementiſſimo Regi deditur; ſuæ perfidiæ pœnas luens, euerſis muris, & propugnacu-

lis,

Digitized by Google

lis, quibus in ſpem defectionis cingebatur. Hieroſolymitani ſacræ militiæ Equites, quibus Rhodô pulſis Melita ceſſit; per Africæ, Græciæq; littora feliciter in Turcas excurrunt; vt victorijs hoſtium clari, ſic eorum ſpolijs opulenti. Quis tuæ non acceptum referet pietati (PONTIFEX OPT. MAX.) tot partas vbique Terrarum in ſectarios, & communes religionis hoſtes à Principibus Chriſtianis victorias! qui tuô ſeculô certatim videri geſtiunt rituum Eccleſiæ vindices, & acerrimi pontificiæ dignitatis aſſertores. Debent iugiter ardêre Magnates hôc ſynceró conſeruandæ, & propagandæ religionis zelô; quia principi timenti Deum, nihil ei cedit improſperè. propitius eſt regnorum defenſor Deus, vt cùm offenſus eſt, euerſor. magnam ideo religionis cum politicô regimine affinitatem notant ſapientes; nam pietate, & cultu in Deum ſublatô, fides, humaniq; generis ſocietas, ac vna excellentiſſima virtutum iuſtitia tollatur neceſſe eſt. Vbi verò viget religio, eam bonæ leges, bonaque diſciplina, è quibus felices rerum euentus pendent, conſequuntur. Vidit hoc Marcellus, qui Romanos ad conſeruandam rempubl. plùs religione, quàm armis profeciſſe aſſeruit. Sed alia tuæ pietatis trophęa gentibus explicemus. Infeſtabat armatis triremibus Italicum mare Aſanus Calaſtatus Afer; & iam prædâ grauis, miniſq; ferox, Italiæ, Siciliæque catenas apparabat; ac intento ad rapinam animo radebat Pyrata vtriuſque regionis littora, ex improuiſo accolas, quos opprimebat, nullo diſcrimine in vincula conijciens. Non tulit graſſatoris violentiam VRBANVS triremes armat, quæ fœderatis iunctæ in contumacem pugnant, redeuntque victrices è cruentô cum Turcis prælió; Aſani nauibus partim

Meliteſes equites feliciter per Africam, & Græciam in Turcas excurrũt.

Princeps timens Deum, nihil ei cedit improſperè.

Religionis affinitas cum politia.

Plutharc. in Marcello.

Naualis victoria in Calaſtatum Afrum.

captis, partim in profundum demerſis. Siculis eſt ſublatus timor; Italis aſſerta ſecuritas; data captiuis libertas, hoſtibus captiuitas; & qui cædem, ac vincula Chriſtianorum ceruicibus intentabat; vidit eorum vires tuis auſpicijs collectas ſufficere euertendo Ottomannorum Imperio. Quid non egit vbique terrarum auſpice Deô Chriſtianus miles? Sarmata ſub VLADISLAO Rege Inuictiſſimô, Scythas numeroſiſſimô equitatu ad Regni limites prædas agentes abigit, & ad internecionem delet. neq; diſpari ſorte in Myſiâ Oſmanis Turcæ exercitum tot centenis millibus equitum, peditumque inſtructum profligat, cogitque ad turpiſſima fœdera. Iam CHRISTI miles Religionis clamide inſignis, vbiq; tutò erigit fidei vexilla; præcerpit trophæa Dæmoni Europam ſubigens, Aſiam penetrans, Africæ terrorem incutiens. Sed nos rei ſeries (VRBANE SANCTISSIME) ad tuos, & ad egregia facta, quæ pro ſecuritate religionis imminente bellô in Italiâ patraſti, reſtituat. hìc me ſeriò interpellant CAROLI fratris tui, beatiſſimi manes; cui vt prudentiſſimo Duci imperatoris Pontificij ornamenta conceſſeras. At ſtrenuè vacans militiæ muneri, in Cœnobiô Diui Michaelis Bononiæ, vitæ laudatiſſimæ munere perfungitur. Spectabili pompâ principi ſuo è viuis exempto mœſtiſſima Ciuitas parentauit. Oratione funebri virtutes recolens, quibus ad exemplum poſteritatis animum adornarat. quòd autem militem reſtitutâ veteri diſciplinâ, ſub iugô obſequij retineret; miram apud omnes ſui nominis cõmendationem reliquit. Parentis in locum, è fęcundâ dominandi ſubſidijs BARBERINORVM gente filium admiſiſti. Succedit patris Imperio THADAEVS natus in honorem palu-

Polon. victoriæ in Tartaros, & Turcas.

Vbique Terrarum auſpice Vrbano, chriſtiana religi[o] feritur.

Carolus Barberinus Pontificij exercitus imper. Bononiæ obit.

Thadęus Barberinus i pręfectura patri Carolo ſuccedit.

da-

damenti princeps; qui tam prudenter, feliciqúe rerum ſucceſſu armorum hodie gubernacula tractat; vt cùm bellô ſit optimus, pacis artes totâ ditione Pontificiâ tutò florere ſatagat. auxiſti eum virtutis magis, quàm ſanguinis exiſtimatione illectus, ampliſſimâ vrbis pręfecturâ, Præneſtiſque principatu; & felicitatem produxiſti ad nuptiarum ſacra; datâ ei in vxorem principe ANNA Philippi Paliani Ducis filiâ Columnenſis familiæ gemmâ; quæ iam tuum oblectauit ſenium ſpecioſâ prole, ingenitas naturæ beneficiô, majorum dotes referente. Erunt THADAEI filij, quibus Cœleſtis fauor ſua dona cumulatè dedit, Leænæ catuli, qui ſanguinis paterni æmuli generoſâ indole per auorum lucem ad optima quęque feſtinabunt. Thadæus Pręneſtis princeps Romæ Præfectus. Annam Columnam in vxorē ducit. Ælian. de animal.

Quàm verò prouidè ad nouitatis pericula ſacri principatus, & gregis tui cuſtodiæ proſpexiſti; ſubſtructis, & inſtructis omni militari commeatu arcibus, quæ vel à finibus imperij hoſtes externos arcebunt; vel intra fines in obſequiô populares continebunt. ijſce opus eſt præſidijs hodie Religio muniatur; quæ ſuô ſplendore, vt formoſa Selene, impiorum perſtringit oculos, præſtigijs Dæmonum eius multiplici ſpecie eluſos. Erupit olim è Germaniæ latebris hæc Hyæna populorum verſutiſſima præſtigiatrix, quæ ſolo obtutu gregis cuſtodibus eripiebat vocem, vt inauditâ feritate in ouile Chriſtianum deſæuiret. optima cautio munire arces; vrbes, & oppida vallare; quæ procul arceant hanc belluam publicæ quietis, & Religionis luem. recipiantur illuc fidiſſimô delectu armati, qui ſecuritatem vtriuſque afferant. Nulla hodie potens, & tuta reſpublica, ſine arcibus, altiſque, & firmis Vrbium propugnaculis, quæ jam à Moſis tempore filios Vrban. arces inſtruit omni commeatu militari. Qualis ſit Hęreſis. D. Clemens lib. 2. recogn. Arces vtiles, & quare. In Geneſ. c. 3.

Iſrael terrebant. deridetur Spartanorum iactantia, quibus erant ſua mœnia.

Si ſcutum ſcuto hæreret, denſuſque viro vir.

nec audiēdus pſeudopoliticus, qui dum noxias arces proclamat; hoc docet exoticâ ſapientia, vt principem imperiô exuat. vtiles eas Hierarchiæ dominio aſſeruiſti; ſeu quæ ditionis aditum hoſtibus excluderent; ſeu quæ populoſis in vrbibus rebellionem ex inſidijs irrumpentem reprimerent. Ferraria vrbs ad Padi fluenta munitiſſimô locô ſita arce, propugnaculis, muris, aggeribus, & foſſis vndiq; cingitur, quæ reddunt vrbem ditionis Pontificiæ limitaneā hoſtibus inexpugnabilem. hanc, ſæuiente nouiſſimè in vicinos agros externô milite, armis, bellatore, cōmeatu inſtruxiſti; quò tutior foret à repentinis hoſtiū inuaſionibus ſuccedunt aliæ ad mare ſuperum Eccleſiaſtici dominij arces; Ariminenſis, Anconitana, Piſaurenſis, in Vmbria Peruſina, in Samnio Vrbeuetana, è quibus, ſi quę vitiô temporis ruebant; ſolidis ſaxis ad operis firmitatem loricaſti, omniq; armorum apparatu auxiſti. Sed ijs omnibus præcellit ARX AELIA hodie te auſpice INSTRVCTA, MVNITA, PERFECTA. vt foret Romanorum pontificum tutiſſimum in impios Aſylum. quò recepti, nec Hunnorum arma, nec Vandalorum copias reformidarent. Ijs in arcibus curaſti varia bellica tormenta conflari, curuleſque machinas, quas ad procul arcendum hoſtem, muroſque ſubruendos, nouæ ſubtilitatis artificiô miles adinuenit. Sunt ex ære fuſili ęqualiter teretes; & oblongū in tubum inſertos, mixtoſque nitrato pulueri recipiunt globos; quos tenui foramine, conceptô à tergô igne, ex ore patenti flammis eluctantibus cum horrendô fragore cōtorquent. præ quibus

Ferrariæ Arcem Vrbanus munitiorem reddit.

Arces pontificiæ ditionis.

Arx Ælia Romæ ab Vrbano inſtructa, munita, perfecta.

Maior is tormenti bellici deſcriptio.

Arietes,

Arietes, Heliopoles, aliaque veterum commenta vileſcunt. Iam vna ſupereſt ARX VRBANA, quam in agrô Bononienſi, vbi pridem erat Caſtrum Leonis, non procul à Sclutemnâ flumine, Mutinæ ditioni conterminam à fundamentis erexiſti. ex hodierno militaris architecturæ vſu in Aemiliâ viâ ſubſtructam, & abſolutam, omniq; munitione bellicâ repletiſſimam voluiſti; hanc verò in ſecuritatem populorum, & pontificiæ ditionis tutelam ſalubri Cœlô, ſituque victui, pabulo, & aquationi percommodô conſtituiſti. Vbi decurrit æquali planitie ad Caſtrum Francum latè patens liberrimi proſpectus regio, cui nullus quoquouerſum eminens ſuperſtat vertex; iuſſit illic VRBANVS externorum armorum ſtrepitu è viciniâ excitus, Arcis elementa poni, quibus in tetragonô æquilaterô ſubſtruerentur validiſſimi muri, quatuor æquidiſtantibus propugnaculis vndiq; vallati. geminata exciperet circumfluentes ad muros aquas profundæ altitudinis foſſa, cuius exterius latus vndique faſtigiatâ crepidine vallaretur; quaternis munitionũ ſtructuris in forcipem ſinuatis, ad cuiuſq; propugnaculi angulos extra aggerem additis, quæ ab hoſtili aggreſſione vtramq; foſſam defenderent. at in eius mediô, vt in inſulâ ſupereminerent quatuor æquidiſtantes à propugnaculis angulares munitiones, à directâ muri ſuperficie reſolutæ. aquis vndique, & foſſulis cinctæ, ceſpite, vallis, & aggeribus tectæ, quæ tutiorem planam arcis frontem redderent. ad hanc autem ad ortum vnica porta per obliquas vias, & ſublicios pontes aditum pręberet; cuius proſpectus gentilitiô Pontificis ſymbolô decorus exciperet hanc illuſtris monumenti epigraphen.

Arcem Vrbanam in agro Bononien. erigit.

Arcis Vrbanæ deſcriptio.

VR-

Digitized by Google

VRBANVS VIII. PONT. MAX.

Arcem hanc de ſuo nomine Vrbanam nuncupatam validiſſimis propugnaculis, geminôque vallô, geminâque foſſâ, iugis aquæ fluxu refertâ circumdatam; vt Soli patentis aditus in ditionem S. A. hoſticis armis intercluderetur; publicæ ſecuritati conſulens à fundamentis excitatam abſoluit, & vſui militari rebus opportunis inſtruxit, & muniuit.

Cæterùm inſtrueretur ſuis equilibus, Apothecis, horreis, cellis, armamentarijs, tabernis, xenodochijs, templis, porticibus, foris, & compitis, fontibus, & puteis ſubterraneis ad omnem vſum militarem percommodis. Ferunt Arcis amplitudinem diſcreta militum habere contubernia ad decem millia; vbi diu, noctuque fiunt ſtationes, excubiæ, circuitiones. è longinquô quoquouerſum ſpectantur propugnaculis, muriſque diſpoſita curulia tormenta majores belli machinæ, quibus ad arcem caſtrametantis hoſtis aggreſſio eminùs prohibetur. porrò cura, cuſtodiaq; iſtorum non niſi commiſſa ducibus, militibuſque ſpectatæ fortitudinis, & fidei, qui pontificij municipes veteris militiæ decus ſeueritate diſciplinæ reſtituunt. Iamque

Arma viri ferte arma, —.

Ditionis Pontificiæ armamentaria.

quibus minas intentantem barbarum è Pontificij dominij finibus objectus miles repellat. Sunt Caſtra, vrbes, Arceſque præſidijs munitæ; copias vndique miniſtrant prouinciæ; Duces non deſunt, nec morantur ſtipendia; neq; deficit commeatus. Vt itaq; ad omnes belli apparatus haberes expeditè, vnde militem armares; præter armamentaria prouincialia ad rerum bellicarum vſus vbique armis, & machinis inſtructiſſima, proprium Romæ

vo-

voluiſti; opus eximium fortitudinis, & prudentiæ tuæ, quod in Vaticanô poſitum, mirôq; ordine ad terrorem, & magnificentiam diſpoſitum ſacro-ſanctæ tiaræ paludamenti decus, & robur adjungit. in vaſtiſſimas quippe apothecas armorum omnia genera oppugnationi, & repugnationi idonea congeſſiſti; tum quę hodierna hominum induſtria in ſui perniciem ingenioſa commēta eſt; tum quæ bellatrix antiquitas ad ſuos vſus admiſit. prę- ter veterum miſſilia, ſunt infinitæ multitudinis tela, tormentaque manualia, haſtæ, ſpicula, ſariſſæ, lanceæ, ſecures, enſes, macheræ, pugiones, teretes ex ære baliſtæ, ferrea cataphractorum tegumenta, galeæ, loricæ, pilæ, glandeſque plumbeæ, ferrei globi, aliaque id genus bellica, quibus inſtruitur ad bellum miles. Iam Barbarorum ſatrapæ audeant Pontificiam tiaram, tot præſidijs hodie munitam armis laceſſere. audeant HEROI IN SOLIO DIVINITATIS ſedenti inſultare; quieſcenti in pacis gremiô negotium faceſſere. vecors audacia VRBANVM ſentiet defenſorem, qui diuinæ pietatis ſcutô prę́munitus; vt Hyſtrix aculeata, virtutum ſegete infeſtos hoſtes repulſabit. Dum verò cinctus ijs gloriæ radijs calentem in omnes benignitatis, & ſapientiæ lucem diffunderes; ecce à poſticô inuidia virtutis vmbra te laceſſit; audet maligna improbitas in principem omnium mortalium optimum, ſtomachum eructare. audet infamis auaritia in Chriſtiani Orbis caput appetere. Suggere ſpiritus domini excandeſcenti ingenio ardorē; ſuggere orationi facem, quæ buſtuarios iſtos fulmina Cœli promeritos cineribus ſepeliat, & ex hominum memoriâ ſubſtrahat. quid moliris furor! quò ruis ſcelus! capital cogitare, quod paras. perdere principum Solem, Orbis lucem, ſeculi delicias,

Armamentariū in Vaticano decernit.

Armorum varia genera.

In Vrbanum ſacrilegæ machinationes deteguntur.

reli-

Religionis fulcrũ, & nos cum illo perdere. ô ſacrilegium inauditum! perieramus equidem, ſi euentum ſacrilega machinatio habuiſſet. ô Thyeſtæa germina, impios Alaſtores, Cœliq; luce indignes Buſyridas! quæ vos leæna genuit?

Quod mare conceptum ſpumantibus expuit vndis?
Quæ Syrtis? quæ Scylla vorax? quæ vaſta Charybdis?

Voluit ſol, ne pollueretur veſtrô flagitiô, retrocedere; & qui ſuſtinere non poterat veſtras horrendas artes, eas in propatulô dedit. gerebant pictas Aſpides (quarum eſt inuincibile venenum) in diademate Aegyptiorum Reges, præmonentes hoc hieroglyphicô eorum ſanctitatem inuiolabilem eſſe. ſacro-ſancti ſunt principes hominibus à Deo dati; ijs impreſſit Cęleſte numen ſuos honoris, & gratiæ radios; quos ideo, qui tetigerint, extẽplò diuinam Nemeſim, vt exſiliẽtes in ſe Aſpides mortiferas experientur. in eorum vltionem nũquam quieſcit Praxidice; hoc eſt Dei vindex oculus, cui patent omnia mortalium flagitia. Irritatur quandoque a cornicibus Iouis ales; ſed Aethereum locum alarum præpete remigiô ſecans, deſpectat earum infra ſe volantium lapſus. VRBANVS Aquila generoſa, quem dum ſublimem pietas in Cœlum extollit, procul à terrena contagione ridet vanes inſultantium cornicularum niſus. At difficile eſt animal homo, ferox, ſuperbum, & inſtabile; nullique minùs æquum, quàm cui parere cogitur; laſciuit ſub imperio leni; fatiſcit ſub aſperô; ſub vtroque in imperantem inſurgit. Ars igitur planè diuina, quâ regitur ciuis, & illuminatæ prudentiæ opus, quo bonis, maliſque lex benè viuendi præſcribitur. ſunt principes rerum humanarum arbitri; ſunt ſupremi Rectoris imagines; horum poteſtatem di-

Diodor. Sicul. lib 3.

Suidas.

Ælian. lib. 5. c. 22.

Ariſt. in polit.

uinæ

uinæ maieſtatis ſplendore Deus circumfudit; quô doceret homines regere, proximum deitatis eſſe munus. ſed eorum fortuna, vt magna, ſic lubrica eſt; vt ſublime, ſic graue eſt onus; cui ſuſtinendo prudentiâ opus, & virtute. his gradibus in hunc te gradum euexit Deus; vbi ſuauiſſimi imperij tẽperaturâ regis Orbe totô omne hoc, quod vnum eſt reipubl. Chriſtianæ corpus; regis inquam, & curas tantâ populorum felicitate; vt de tuô imperiô, cui debet ocium ſuum Italia, prædicet verè, quod fabulosè de Regis Anij filiabus commendabat antiquitas, quæ tactu ſuô vertebant omnia

Principatus graue eſt munus.

In ſegetem, laticemq; meri, baccamq; Mineruæ.

Cæterùm (VRBANE SANCTISSIME) iam te video IN SOLIO DIVINITATIS non impotentiùs amore tui rapi à ſpecioſô ſecularis gloriæ obiectu, quæ nos decipit ſub ementitâ veri ſpecie. Video te in cœleſti philoſophiâ florem illius euanidum meditari; ſub quo venenarius deliteſcit ſcorpio ijs, qui ſeculo magis, quàm Chriſto ſtudent, pernicioſus. Hominem te eſſe noſcis, hoc eſt mortalitatis indutum tegumentô; cui dedit Natura oculos miſerationibus, & lachrymis mancipatos; manus laboribus, vultum ſudoribus, querimonijs ora, laſſitudine pedes, pectus ſuſpirijs, ſenſus incommodis, membra doloribus, & hoc omne morboſum corpus feretro, ſepulturæ, vermibus debitum. Volebat Alexander videri Deus; auctorem generis Apollinem ſibi Auguſtus arrogabat. vana ambitio Deos affectantibus Cœli fores magis obſerauit; quàm reſerauit. Iaceant alij, vt in impiæ Circes gremiô, ſeculi voluptatibus ſoporati. meminit Vrbanus theſaurizans ſibi theſauros in Cœlis, majorũ deliciarum à Deô proponi extra ſeculum fruitionem.

Vrbanus extruit ſibi in Vaticana Mauſolæum.

Vanitates ſeculi deſpicit Vrbanus.

Quærant alij quicquid gemmarum Oriens;quicquid auri, argentiq; Occidẽs annuatim in æraria reponit; noſcit Vrbanus hęc peritura,& ſola vanitate grauida immortalibus non eſſe commiſcenda. Mortis ſpicula reformident Narciſſuli ſeculi venuſtate capti; Vrbanus, vt viuus de morte triumphet; erigit ſibi in Vaticanâ Mauſolæum, cuius aſpectu mortem quotidie meditatur. Opus eſt nobis, inquit Auguſtinus, quotidianô actu procuremus cõſummationem inceſſabiliter diem tranſitus noſtri cogitantes. Vt Cupreſſus mortuorum ſepulchris deſtinata non timet blattas;ſic voluptatum tineas,quæ rodunt animũ,non metuit, qui iugi mortis recordatione viuit. VRBANVS,pro domo Dei ſtans erectus in clauô nauis Petri,Cœlum patriam ſuam,continuò intuetur. hæret animus diuinæ contemplationis particeps,hęret totus origini ſuæ,præcelſæ mentis impetu,cum Deô contubernium aſſecutus. Debemus pietati tuæ religionis ſacra iam vbique Terrarum Catholiquô ritu reponi; hæreſes extirpari,ſuperſtitionum deliramenta aboleri,& ad vltimas Orbis oras veram Chriſti ſobolem propagari. Debemus pietati tuæ, quòd ipſa triũphatrix vniuerſi Religio, iam per calcatas Dæmonũ ceruices; tumentiumq; Hæreticorum capita,lucentibus fidei quadrigis carpentum agat. Debemus pietati tuæ ciuitates optimis legibus temperari, potentium libidine tenuiores nõ opprimi; nec popularium licẽtiâ optimates vexari; nec graſſatoribus terras obſideri; nec prædonibus maria infeſtari;tutas eſſe demum res, & fortunas omnium vno ſub ancili Iuſtitiæ, quâ ſine regna, latrocinia forent; & imperij dignitas, politicumq; viuendi genus laberetur. Debemus pietati tuæ ſuperatas eſſe bellorum tempeſtates, ſedataſque procellas iam

Mortem meditatur.

ἀνακεφαλαίωσις.

Ita-

Italiæ fato grauiter imminentes; quas ab Aquilone Hæreſis in perniciem religionis armata promouerat. Debemus pietati tuæ, quòd in Germaniâ Cæſar cenſus Eccleſiæ, quos erat Religioni depeculata hęreſis, altaribus Dei reſtitui, ſoluique coëgerit. Quòd in Galliâ Chriſtianiſſiſſimus LVDOVICVS IVSTVS Cardinalis DVCIS RICHELIEI conſilijs, repreſſis perduellibus, catholicos ritus vbiq; reparauerit. Quòd Auguſtiſſima REGINA ANNA vxor dilectiſſima, duorum, & viginti annorum ſterilitatem dolens, tuis tandem, & omnium votis, precibuſq; expetitum Galliæ DELPHINVM, primogenitum regni, & religionis Chriſtianæ principem ediderit. Debemus pietati tuæ auerruncata in Italicô ſolô peſtilentiæ ſemina; & hanc funeſtam Aten, quæ Mundum nouiſſimè ſuſque deque vertebat, è Latij finibus excluſam eſſe; cùm vicinas vndique regiones horribili clade afficeret. Debemus pietati tuæ, quòd in maximis rerum anguſtijs nunquam ciuibus annonæ copia defuerit; quòd prouincias pro rei neceſſitate vix oneribus grauaueris, & inopiæ priuatorum publicis largitionibus vbique conſulueris. Debemus tandem pietati tuæ ſub hôc ſacro-ſanctô principatu regnare virtutes, dominari leges, florere Muſas, vigere artes, concordiam ali, abundantiam curari, populoſq; felicitari. Iam age quiſquis es Heroum obtrectator, perfrica frontem, & dic; VRBANO nihil in Orbe glorioſius eſſe, nihil auguſtius, nihil eo venerabilius. Fatere vitam eius vnicum eſſe optimæ Hierarchiæ exemplar; & principibus Eccleſię inextinguibilem Tegeæ lampadem verè dignam, quæ dum noſtris excitat in præcordijs æternam Amoris diuini flammam, ſub dio jugiter ardeat; hoc eſt inter nos nullis obnoxia valetudinis ad- Athen. lib. 16. Deipnos.

H 2 uerſæ

uerſæ flabris, placidiſſimô fulgore colluceat; vt ad extremum rutilet Aethereis in ſedibus inter aſtrorum choreas. Adeſte nunc Chriſtiani principes, populiq; adeſte, & ingeminatis plauſibus acclamate; VIVAT VRBANVS tot meritis illuſtris heros; millenas optate voces, millenos calamos, qui poſteris locupletiſſima relinquant virtutum eius teſtimonia. acclamate VIVAT PONTIFEX VRBANVS; Moyſis Saphyrus, in quâ refulget ſanctarum legum, diuinorumque myſteriorum effigies. Pyrrhi Achates, cuius pectori ingenita eſt Muſarum, & Apollinis figura. Summique Pontificis rationalis gemma, quæ fulgore ſuo populum admonet adeſſe Deum, præſente VRBANO Heroe purpurâ, ſceptro, tiarâ venerabili, pietate eximiô, ſapientiâ ſingulari, titulis virtutum admirãdô. Viuat * ΕΝΝΕΑΓΗΡΩΣ vnus in ore omnium VRBANVS viuat Religionis apex, paſtorum Daphnis, principum exemplar, purpuratorum Phœnix. Viuat litteratorum Muſagetes, virtutum vindex, ſcelerum profligator. Viuat populorum delicium, fulcimentum nobiliũ, plebeiorum ſubſidiũ. Viuat VRBANVS,

Vota omniũ Chriſtianorũ pro ſalute Vrbani.

Nouem ſenectutes.

HOMINVM LONGE OPTIMVS VNVS.

Qui ſeculô tot malorum nebulis obductô nouum è Cœlo ſidus ad Orbis quietem affulſit; quem ad populorum felicitatem natum, vt Naturæ prodigium conſeruat Roma; vt religionis genium Italia colit; vt Chriſti Vicarium ſuſpicit Gallia, admiratur Hiſpania, pertimeſcit Hæreſis, Orbis veneratur. cuius opere, & conſilio euerti debet Ottomannorum impietas; pace tandem fidâ, ſecurâ, æternâq; inter principes Europęos ſtabilitâ. cuius virtute, & prudentiâ belligeri Iani ferrea limina compeſcenda ſunt; per te vniuerſo Chriſtiano gregi, quæ nun-

quam

Digitized by Google

quam diffluat, aurei ſeculi tranquillitate reſtituendâ. ita vouemus, & finimus,

PONTIFEX OPTIME MAXIME
SANCTISSIME SAPIENTISSIME
Nullô ſeculorum recurſu finiendas populi tui gratiarum acclamationes.

DIXI.

Digitized by Google

621


Digitized by Google

CORONIS ELOGIORVM EMINENTISS. PRINCIPVM S. R. E. CARDINALIVM,

Quos hactenus Vrbanus VIII. in ordinem ſacri Senatus cooptauit.

FRANCISCVS CARD. BARBERINVS.

I.



ORdiemur hanc elogiorum coronidem ab EMINENTISS. Antiſtite FRANCISCO BARBERINO Cardinalium VRBANI anteſignanô; maximarum cuius virtutum

radijs hæc ſacra debet ſpectatæ majeſtatis corona illuſtrari. procul tamen hinc faceſſat vana laudis ſpecies; Religio quippe vetat encomia religioſiſſimorum principum adulationis ſacrilegiô corrumpere. ſunt illa deformia, & exoſa ingenuo viro, quæ per ſe auguſtiſſima verborum lenociniô calamiſtrantur. laudatur virtus ſi narratur; narratur ſi prædicatur ampliſſima; quia nihil in ſe habet, quod non ſit magnificum. At nobis ſit nefas ſupra naturam, & mores, purpurati ordinis patres definire; ne Apellis inſtar, fulminantem Alexandrum depingentis (quem Lyſippus haſtatum prudentiùs expreſſerat) à ſapientibus derideamur. Rari ſunt nunc, vt olim Magnates, quorum Heroicæ virtutes nullo vitiorum contagiô inficiantur. ille ſublimitate ſapientiæ eminet; ſed ambitionis vanitate deprimitur. aiter pietatis officiô commendatur; ſed imperij mole fatiſcit. Frãciſcus Vrbani nepos harmonicô virtutum concentu totum complet noſtræ laudationis chorum. cuius ſi naturam ſpectemus; quid eius oris dignitate ad majeſtatem ornatius? ſi genus quid nobilius? in eâ ſcilicet editus domô, quæ regali ſacerdotiô, quô nihil in terrâ ſublimius, extollitur. Si mores; quid integrius? quos ſanctimoniæ regulis inſtitutio Chriſtiana adamuſſim compoſuit. ſi dotes animi; quid eius cultius ingeniô? cuius flores, ſunt ſapientiæ lilia, puritatis roſæ, ſanctimoniæ Amaranthi; fructus verò, gloria, & immortalitas. Primùm legatus in Galliam, pacis inter Reges proxeneta decernitur; vbi ſic eius inexhauſtæ virtutis ſplendor eluxit; vt à Rege Chriſtianiſſimô omni fuerit officiorum genere cumulatus. Deinde cùm eius animo altiùs inſideret Religionis oppreſſæ quies; ſine morâ in Hiſpaniam contendit; vbi ab INFANTE CARDI-

Quomodo laudanda virtus.

Legatus à latere ad Regẽ Galliæ.

Ad Regem Hiſpaniæ.

NALE

nale AVSTRIO Regis Catholici fratre, antequam Madritum ſubiret, honorificè acceptus, à Philippo IV. Regiam ingreſſurus, obuius humaniter excipitur; quos inter ampliſsimi nominis honores Infantem Mariam Eugeniam Regis filiam è luſtrali fonte Pontificis nomine ſuſcepit. Hæc auſpicatò peregit Regibus Chriſtianis acceptiſſimus annorum primô decurſu, quo fuit à patruô Romanâ Purpurâ inſignitus. Sed maiora proſequamur, quibus hodie ſatagit heros ſapientiſſimus in ſummô dignitatis gradu, religioni decus, & gloriam comparare. Poſtquam florilegæ Apes per amœniſſima vireta longè, latèque vagatæ ſunt; in alueum reuolant, vt ad vſum mortalium cellulas dulciſſimô mellis liquore compleant. FRANCISCVS Galliam, & vtramque luſtrauerat Heſperiam, vt in Romanum reuerſus aluearium, collectis vndique ciuilis ſapientiæ floribus, melleâ tranquillitatis dulcedine Chriſtianum gregem recrearet; in illâ Regum arce, vrbium Reginâ, Orbis epitomê, gentium dominâ, religionis ſede Româ, Vrbani Chriſti vicarij vices agens. Annô luſtrali confluentibus vndique ad ſacra Petri limina populis, quæ non edidit pietatis, magnificentiæ, & liberalitatis teſtimonia? egenos alere; religioſos hoſpitiô excipere; ſacra loca pijs largitionibus iuuare; templa extruere; bibliothecas inſtruere; probis, doctiſque auxilio eſſe; vbique ſuas opes ad vſum pauperum, & religionis diſpenſare, ac infelicia hçreſeon vepreta è lætis fidelium paſcuis reſecare, fuerunt actuoſæ vitæ FRANCISCI curæ, quas ardor iuſtitiæ, zeluſque domûs Dei ab intimô purpurati principis affectu excitauit. His officijs felix, pius, inclytus, glorioſus Romæ regnare, amari, colique pergit, Nepos VRBANI, filius Caroli

Ad Regem Hiſpaniæ.

Card. Franc. virtutum exercitia.

Digitized by Google

Areti Ducis; ſedis Apoſtolicæ Procancellarius, & Bibliothecæ Vaticanæ præſes; in ordinem Diaconorum Cardinalium cooptatus VI. Non. Octob. MDCXXIII. tit. S. Agathæ, cuius patrocinio Aragonenſes, Luſitani, Angli, Scoti, Græci, & Heluetij commendantur.

Dies aſſumptæ purpuræ.

FR. ANTONIVS CARD. BARBERINVS.

II.



VT tutiùs Vrbanus ad clauum ſederet gubernator nauis Petri, elegit ſibi comites, qui diuini cultûs antemnas erigerent, Cœleſtiſq; doctrinæ rudentes explicarent, & vela panderent gloriæ Dei. Vnus ex illis adeſt ſuæ familiæ ſurculus ANTONIVS BARBERINVS Seraphici ordinis Capuccinorum Sacerdos, Vrbano Pontifici cariſſimus frater. Cuius inſignis virtus, & pietas Orbi Chriſtiano notiſſima promeritum fecit, vt à Pontifice

optimo in ſecũda promotione non.Octob. MDCXXIV. Romanô murice donaretur; tit. S. Onuphrij Cardinalis. Romæ hodie viuit in vegetâ ſenectute religioſæ pietatis exemplar.

LAVRENTIVS CARD. MAGALOTTVS.

III.



FVit ab omni æuô ſuis clara ciuibus Florentia, vbi velut in ſapientiæ ſolo radices egêre pleræque honorificæ Italiæ familiæ. quarum è germine pullularunt innumeri Præſules, qui Romanæ Eccleſiæ purpuratis inſerti, Chriſtiani nominis gloriam propagarunt. Ex illis LAVRENTIVS MAGALOTTVS vtriuſque ſignaturæ referendarius, quem olim Bononia Prolegatum iuris peritiâ, & rerum ciuilium vſu præſtantem agnouit. Roma vidit à ſecretis Pontificijs turbulentiſſima negotia ſapienter conficere. optimum demum paſtorem proba- Patria. Dignitates.

Digitized by Google

Quærant alij quicquid gemmarum Oriens;quicquid auri, argentiq́; Occidẽs annuatim in æraria reponit; noſcit Vrbanus hęc peritura,& ſola vanitate grauida immortalibus non eſſe commiſcenda. Mortis ſpicula reformident Narciſſuli ſeculi venuſtate capti; Vrbanus, vt viuus de morte triumphet; erigit ſibi in Vaticanâ Mauſolæum, cuius aſpectu mortem quotidie meditatur. Opus eſt nobis, inquit Auguſtinus, quotidianô actu procuremus cõſummationem inceſſabiliter diem tranſitus noſtri cogitantes. Vt Cupreſſus mortuorum ſepulchris deſtinata non timet blattas;ſic voluptatum tineas,quæ rodunt animũ,non metuit, qui iugi mortis recordatione viuit. VRBANVS,pro domo Dei ſtans erectus in clauô nauis Petri,Cœlum patriam ſuam,continuò intuetur. hæret animus diuinæ contemplationis particeps,hęret totus origini ſuæ,præcelſæ mentis impetu,cum Deô contubernium aſſecutus. Debemus pietati tuæ religionis ſacra iam vbique Terrarum Catholiquô ritu reponi; hæreſes extirpari,ſuperſtitionum deliramenta aboleri,& ad vltimas Orbis oras veram Chriſti ſobolem propagari. Debemus pietati tuæ, quòd ipſa triũphatrix vniuerſi Religio, iam per calcatas Dæmonũ ceruices; tumentiumq́; Hæreticorum capita,lucentibus fidei quadrigis carpentum agat. Debemus pietati tuæ ciuitates optimis legibus temperari, potentium libidine tenuiores nõ opprimi; nec popularium licẽtiâ optimates vexari; nec graſſatoribus terras obſideri; nec prædonibus maria infeſtari;tutas eſſe demum res, & fortunas omnium vno ſub ancili Iuſtitiæ, quâ ſine regna, latrocinia forent; & imperij dignitas, politicumq́; viuendi genus laberetur. Debemus pietati tuæ ſuperatas eſſe bellorum tempeſtates, ſedataſque procellas iam

Mortem meditatur.

ἀνακεφα-λαίωσις.

Ita-

Italiæ fato grauiter imminentes; quas ab Aquilone Hæreſis in perniciem religionis armata promouerat. Debemus pietati tuæ, quòd in Germaniâ Cæſar cenſus Eccleſiæ,quos erat Religioni depeculata hęreſis,altaribus Dei reſtitui, ſoluique coëgerit. Quòd in Galliâ Chriſtianiſſiſſimus LVDOVICVS IVSTVS Cardinalis DVCIS RICHELIEI conſilijs, repreſſis perduellibus,catholicos ritus vbiq; reparauerit. Quòd Auguſtiſſima REGINA ANNA vxor dilectiſſima, duorum, & viginti annorum ſterilitatem dolens, tuis tandem,& omnium votis, precibuſq;expetitum Galliæ DELPHINVM,primogenitum regni,& religionis Chriſtianæ principem ediderit. Debemus pietati tuæ auerruncata in Italicô ſolô peſtilentiæ ſemina; & hanc funeſtam Aten, quæ Mundum nouiſſimè ſuſque deque vertebat, è Latij finibus excluſam eſſe; cùm vicinas vndique regiones horribili clade afficeret. Debemus pietati tuæ, quòd in maximis rerum anguſtijs nunquam ciuibus annonæ copia defuerit; quòd prouincias pro rei neceſſitate vix oneribus grauaueris,& inopiæ priuatorum publicis largitionibus vbique conſulueris. Debemus tandem pietati tuæ ſub hôc ſacro-ſanctô principatu regnare virtutes, dominari leges, florere Muſas, vigere artes, concordiam ali, abundantiam curari,populoſq; felicitari. Iam age quiſquis es Heroum obtrectator, perfrica frontem, & dic; V R B A N O nihil in Orbe glorioſius eſſe,nihil auguſtius,nihil eo venerabilius. Fatere vitam eius vnicum eſſe optimæ Hierarchiæ exemplar;& principibus Eccleſię inextinguibilem Tegeæ lampadem verè dignam,quæ dum noſtris excitat in præcordijs æternam Amoris diuini flammam, ſub dio jugiter ardeat; hoc eſt inter nos nullis obnoxia valetudinis ad- Athen.lib.16. Deipnoſ.

uerſæ flabris, placidiſſimô fulgore colluceat; vt ad extremum rutilet Aethereis in ſedibus inter aſtrorum choreas. Adeſte nunc Chriſtiani principes, populiq; adeſte, & inegeminatis plauſibus acclamate; VIVAT VRBANVS tot meritis illuſtris heros; millenas optate voces, millenos calamos, qui poſteris locupletiſſima relinquant virtutum eius teſtimonia. acclamate VIVAT PONTIFEX VRBANVS; Moyſis Saphyrus, in quâ refulget ſanctarum legum, diuinorumque myſteriorum effigies. Pyrrhi Achates, cuius pectori ingenita eſt Muſarum, & Apollinis figura. Summique Pontificis rationalis gemma, quæ fulgore ſuo populum admonet adeſſe Deum, præſente VRBANO Heroe purpurâ, ſceptro, tiarâ venerabili, pietate eximiô, ſapientiâ ſingulari, titulis virtutum admirãdô. Viuat *ΕΝΝΕΑΓΗΡΩΣ vnus in ore omnium VRBANVS viuat Religionis apex, paſtorum Daphnis, principum exemplar, purpuratorum Phœnix. Viuat litteratorum Muſagetes, virtutum vindex, ſcelerum profligator. Viuat populorum delicium, fulcimentum nobiliũ, plebeiorum ſubſidiũ. Viuat VRBANVS,

Vota omniũ Chriſtianorũ pro ſalute Vrbani.

Nouem ſenectutes.

HOMINVM LONGE OPTIMVS VNVS.

Qui ſeculô tot malorum nebulis obductô nouum è Cœlo ſidus ad Orbis quietem affulſit; quem ad populorum felicitatem natum, vt Naturæ prodigium conſeruat Roma; vt religionis genium Italia colit; vt Chriſti Vicarium ſuſpicit Gallia, admiratur Hiſpania, pertimeſcit Hæreſis, Orbis veneratur. cuius opere, & conſilio euerti debet Ottomannorum impietas; pace tandem fidâ, ſecurâ, æternâq; inter principes Europęos ſtabilitâ. cuius virtute, & prudentiâ belligeri Iani ferrea limina compeſcenda ſunt; per te vniuerſo Chriſtiano gregi, quæ nun-

quam

quam diffluat, aurei ſeculi tranquillitate reſtituendâ. ita vouemus, & finimus,

PONTIFEX OPTIME MAXIME
SANCTISSIME SAPIENTISSIME
Nullô ſeculorum recurſu finiendas populi tui
gratiarum acclamationes.

DIXI.

Digitized by Google

62


Digitized by Google

CORONIS ELOGIORVM EMINENTISS. PRINCIPVM S. R. E. CARDINALIVM,

Quos hactenus Vrbanus VIII. in ordinem ſacri Senatus cooptauit.

FRANCISCVS CARD. BARBERINVS.

I.



ORdiemur hanc elogiorum coronidem ab EMINENTISS. Antiſtite FRANCISCO BARBERINO Cardinalium VRBANI anteſignanô; maximarum cuius virtutum

radijs

radijs hæc ſacra debet ſpectatæ majeſtatis corona illuſtrari. procul tamen hinc faceſſat vana laudis ſpecies; Religio quippe vetat encomia religioſiſſimorum principum adulationis ſacrilegiô corrumpere. ſunt illa deformia, & exoſa ingenuo viro, quæ per ſe auguſtiſſima verborum lenociniô calamiſtrantur. laudatur virtus ſi narratur; narratur ſi prædicatur ampliſſima; quia nihil in ſe habet, quod non ſit magnificum. At nobis ſit nefas ſupra naturam, & mores, purpurati ordinis patres definire; ne Apellis inſtar, fulminantem Alexandrum depingentis (quem Lyſippus haſtatum prudentiùs expreſſerat) à ſapientibus derideamur. Rari ſunt nunc, vt olim Magnates, quorum Heroicæ virtutes nullo vitiorum contagiô inficiantur. ille ſublimitate ſapientiæ eminet; ſed ambitionis vanitate deprimitur. alter pietatis officiô commendatur; ſed imperij mole fatiſcit. Fräciſcus Vrbani nepos harmonicô virtutum concentu totum complet noſtræ laudationis chorum. cuius ſi naturam ſpectemus; quid eius oris dignitate ad majeſtatem ornatius? ſi genus quid nobilius? in eâ ſcilicet editus domô, quæ regali ſacerdotiô, quô nihil in terrâ ſublimius, extollitur. Si mores; quid integrius? quos ſanctimoniæ regulis inſtitutio Chriſtiana adamuſſim compoſuit. ſi dotes animi; quid eius cultius ingeniô? cuius flores, ſunt ſapientiæ lilia, puritatis roſæ, ſanctimoniæ Amaranthi; fructus verò, gloria, & immortalitas. Primùm legatus in Galliam, pacis inter Reges proxeneta decernitur; vbi ſic eius inexhauſtæ virtutis ſplendor eluxit; vt à Rege Chriſtianiſſimô omni fuerit officiorum genere cumulatus. Deinde cùm eius animo altiùs inſideret Religionis oppreſſæ quies; ſine morâ in Hiſpaniam contendit; vbi ab INFANTE CARDI-

Quomodo laudanda virtus.

Legatus à latere ad Regé Galliæ.

Ad Regem Hiſpaniæ.

NALE

nale AVSTRIO Regis Catholici fratre, antequam Madritum ſubiret, honorificè acceptus, à Philippo IV. Regiam ingreſſurus, obuius humaniter excipitur; quos inter ampliſsimi nominis honores Infantem Mariam Eugeniam Regis filiam è luſtrali fonte Pontificis nomine ſuſcepit. Hæc auſpicatò peregit Regibus Chriſtianis acceptiſſimus annorum primô decurſu, quo fuit à patruô Romanâ Purpurâ inſignitus. Sed maiora proſequamur, quibus hodie ſatagit heros ſapientiſſimus in ſummô dignitatis gradu, religioni decus, & gloriam comparare. Poſtquam florilegæ Apes per amœniſſima vireta longè, latèque vagatæ ſunt; in alueum reuolant, vt ad vſum mortalium cellulas dulciſſimô mellis liquore compleant. FRANCISCVS Galliam, & vtramque Iuſtrauerat Heſperiam, vt in Romanum reuerſus aluearium, collectis vndique ciuilis ſapientiæ floribus, melleâ tranquillitatis dulcedine Chriſtianum gregem recrearet; in illâ Regum arce, vrbium Reginâ, Orbis epitomê, gentium dominâ, religionis ſede Româ, Vrbani Chriſti vicarij vices agens. Annô luſtrali confluentibus vndique ad ſacra Petri limina populis, quæ non edidit pietatis, magnificentiæ, & liberalitatis teſtimonia? egenos alere; religioſos hoſpitiô excipere; ſacra loca pijs largitionibus iuuare; templa extruere; bibliothecas inſtruere; probis, doctiſque auxilio eſſe; vbique ſuas opes ad vſum pauperum, & religionis diſpenſare, ac infelicia hęreſeon vepreta è lætis fidelium paſcuis reſecare, fuerunt actuoſæ vitæ FRANCISCI curæ, quas ardor iuſtitiæ, zeluſque domûs Dei ab intimô purpurati principis affectu excitauit. His officijs felix, pius, inclytus, glorioſus Romæ regnare, amari, colique pergit, Nepos VRBANI, filius Caroli


Ad Regem Hiſpaniæ.

Card. Franc. virtutum exercitia.

optimo in ſecũda promotione non.Octob. MDCXXIV. Romanô murice donaretur; tit. S. Onuphrij Cardinalis. Romæ hodie viuit in vegetâ ſenectute religioſæ pietatis exemplar.

LAVRENTIVS CARD. MAGALOTTVS.

III.



FVit ab omni æuô ſuis clara ciuibus Florentia, vbi velut in ſapientiæ ſolo radices egêre pleræque honorificæ Italiæ familiæ. quarum è germine pullularunt innumeri Præſules, qui Romanæ Eccleſiæ purpuratis inſerti, Chriſtiani nominis gloriam propagarunt. Ex illis LAVRENTIVS MAGALOTTVS vtriuſque ſignaturæ referendarius, quem olim Bononia Prolegatum iuris peritiâ, & rerum ciuilium vſu præſtantem agnouit. Roma vidit à ſecretis Pontificijs turbulentiſſima negotia ſapienter conficere, optimum demum paſtorem proba- Patria. Dignitates.

Epiſc. Ferrariæ. uit Ferraria; morum honeſtate, & diſciplinâ; vitæ integritate, & ingenij dotibus inter primos illius vrbis Epiſcopos referendum. Hoc virtutum prouentu ad extremum vitæ in vineâ Chriſti laborauit; vt ſtatim à primâ

Mors. electione purpuram ab Vrbano recepit. Ferrariæ maximâ omnium comploratione è viuis migrauit.

PETRVS MARIA CARD. BVRGHESIVS.

IV.



MEmoris beneficij teſtatiſſima ſignificatio. Barberino Burgheſius honores Cardinalitios tribuerat; reddidit Burgheſio Barberinus; & meritiſſimo Principi Burgheſiæ patriciæ Senarum gentis ſoboli; Paulo V. Pontifici ſanguine coniuncto, purpuram retulit Vrbanus; concurrentibus in eo præſule cultiſſimi animi dotibus, quarum felicitas, fortunæ benignitatem ſplendori natalium debitam aſſeruit. Non. Octob. MDCXXIV.

alte-

Digitized by Google

alterâ à primâ electione Petrum Mariam Burgheſium Vrbanus in ſacrum Senatum cooptauit; eique Idibus Nouembr. Diaconiam S. Gregorij ad vellus aureum contulit Gentis Burgheſiæ, quæ ſummo Pontificatu nouiſſimè inclaruit, glorioſa monumenta reuoluere, de quibus extant Orbi Chriſtiano volumina à clariſſimis ſcriptoribus edita, noſtri non exigit inſtituti ratio. non tamen ſilendum, quod illuſtri laudis compendiô omnem ſuperat gloriæ apicem. Celebris vrbs Hetruriæ Senæ gentem hanc multis retro ſeculis belli, paciſque artibus inclytam habuit; quam in ciuitatibus continuatæ præfecturæ; in exercitibus imperia; ad reges, Cæſares, & Pontifices legationes eximiæ commendarunt. Sed hęc etiam arbos inſignibus fœcunda viris, ſanctitatis, & ſapientiæ ramos incomparabili felicitate fudit. Petri memoriam ob innocentiæ famam, cœleſtiumque virtutum præconia GESVATI, quibus nomen dederat, venerãtur. CATHARINA VIRGO, quæ tot, tantiſq; miraculis conſpicua in ſacrorum faſtis colitur, è maternô latere huic ſuam tribuit originem. Memoratur Auguſtinus Pauli V. abauus quintùm VIII virûm princeps, Senenſi Reipublicæ præfuiſſe, cuius legationes ad Venetos, ad Pontifices, & Sigiſmundum Cæſarem magnis honoribus cumulatas prætermitto; vt ad BVRGHESIVM eius filium diuertamur; cui vitâ functo patria ob inſignia merita, ſolemni iuſtitiô, ſumptuque publicô parentauit. Quid præterea nobis de Iacobo, Marcô Antonio, & alijs huius familiæ principibus viris dicendum foret? At illius extremum decus aſſeruit PAVLVS V. qui intra quindecim annos, menſes octo, & dies aliquot, quibus regali ſacerdotio præfuit; religionem ſummâ pietate coluit; hæreſes acer-

Fit Cardinalis ab Vrbano.

Patria Senæ.

Gẽtiles clari.


D. Catharina Senenſis.

Pauli V. facta recenſentur.

rimè profligauit; Catholicos vbiq; laborantes ſuſtinuit; Cæſarem in Turcas auxilijs opportunè muniuit; vrbem ædificijs ornauit; templa magnificis ſtructuris decorauit; populos annonę copiâ, otiô, & ſecuritate felicitauit; omnibus demum Chriſtianarum virtutum officijs aditum ſibi ad gloriam patefecit; cuius veſtigijs inſiſtens PETRVS MARIA, titulo S. Gregorij Card. viuit hodie Romæ, cum principe Marco Antonio Burgheſio, dignis tanto palmite ſurculis.

ALOYSIVS CARD. CAETANVS.

V.




Familiæ Caetanæ nobilitas.

CAETANA familia, cui debet originem ſuam Bonifacius VIII. genere antiqua, viris inclyta, opibus, & clientelis grauis hodie inter præcipuas Latij, & Campaniæ recenſetur; vt quæ poſſideat vtrobiq; ditiones opulentas, Sermonetam, Traiectũ, Marconem, Fundum,

&

nicipia. Ex qua prodiere inſuper cùm egregij militiæ duces, tum pacis artibus eximij præſules. ſub Bonifaciô VIII. Cardinales habuit Iacobum, & Franciſcum. à Bonifacio IX. Antonium. debentur Sixto V. Nicolai, & Henrici Cardinalium promotiones, qui duo fuerunt aurea religionis noſtræ ornamenta. Horum veſtigijs firmô greſſu ALOYSIVS inhæret, Patriarchâ Antiochenus, Capuanus Archiepiſcopus, & Ducis Sermonetæ è Magnatibus Hiſpaniæ frater; qui ſingulares ob animi dotes, & gentis ſplendorem in ſecundâ electione Cardinalitiô murice; titulô S. Pudentianæ ab Vrbanô meruit inſigniri XIV. Kal. Februar. MDCXXVI. Dignitates.

DIONYSIVS CARD. MARQVEMONTIVS. VI.



DIONYSIVS Marquemontius nobilis Gallus, qui iam à primis ſuæ vitæ annis in domiciliô religio- Patria.

621

Digitized by Google


CORONIS ELOGIORVM

EMINENTISS. PRINCIPVM S. R. E. CARDINALIVM,

Quos hactenus Vrbanus VIII. in ordinem ſacri Senatus cooptauit.

FRANCISCVS CARD. BARBERINVS.

I.



ORdiemur hanc elogiorum coronidem ab EMINENTISS. Antiſtite FRANCISCO BARBERINO Cardinalium VRBANI anteſignanô; maximarum cuius virtutum

radijs

radijs hæc ſacra debet ſpectatæ majeſtatis corona illuſtrari. procul tamen hinc faceſſat vana laudis ſpecies; Religio quippe vetat encomia religioſiſſimorum principum adulationis ſacrilegiô corrumpere. ſunt illa deformia, & exoſa ingenuo viro, quæ per ſe auguſtiſſima verborum lenociniô calamiſtrantur. laudatur virtus ſi narratur; narratur ſi prædicatur ampliſſima; quia nihil in ſe habet, quod non ſit magnificum. At nobis ſit nefas ſupra naturam, & mores, purpurati ordinis patres definire; ne Apellis inſtar, fulminantem Alexandrum depingentis (quem Lyſippus haſtatum prudentiùs expreſſerat) à ſapientibus derideamur. Rari ſunt nunc, vt olim Magnates, quorum Heroicæ virtutes nullo vitiorum contagiô inficiantur. ille ſublimitate ſapientiæ eminet; ſed ambitionis vanitate deprimitur. alter pietatis officiô commendatur; ſed imperij mole fatiſcit. Frãciſcus Vrbani nepos harmonicô virtutum concentu totum complet noſtræ laudationis chorum. cuius ſi naturam ſpectemus; quid eius oris dignitate ad majeſtatem ornatius? ſi genus quid nobilius? in eâ ſcilicet editus domô, quæ regali ſacerdotiô, quô nihil in terrâ ſublimius, extollitur. Si mores; quid integrius? quos ſanctimoniæ regulis inſtitutio Chriſtiana adamuſſim compoſuit. ſi dotes animi; quid eius cultius ingeniô? cuius flores, ſunt ſapientiæ lilia, puritatis roſæ, ſanctimoniæ Amaranthi; fructus verò, gloria, & immortalitas. Primùm legatus in Galliam, pacis inter Reges proxeneta decernitur; vbi ſic eius inexhauſtæ virtutis ſplendor eluxit; vt à Rege Chriſtianiſſimô omni fuerit officiorum genere cumulatus. Deinde cùm eius animo altiùs inſideret Religionis oppreſſæ quies; ſine morâ in Hiſpaniam contendit; vbi ab INFANTE CARDI-

Quomodo laudanda virtus.

Legatus à latere ad Regê Galliæ.

Ad Regem Hiſpaniæ.

NALE

nale AVSTRIO Regis Catholici fratre, antequam Madritum ſubiret, honorificè acceptus, à Philippo IV. Regiam ingreſſurus, obuius humaniter excipitur; quos inter ampliſsimi nominis honores Infantem Mariam Eugeniam Regis filiam è luſtrali fonte Pontificis nomine ſuſcepit. Hæc auſpicatò peregit Regibus Chriſtianis acceptiſſimus annorum primô decurſu, quo fuit à patruô Romanâ Purpurâ inſignitus. Sed maiora proſequamur, quibus hodie ſatagit heros ſapientiſſimus in ſummô dignitatis gradu, religioni decus, & gloriam comparare. Poſtquam florilegæ Apes per amœniſſima vireta longè, latèque vagatæ ſunt; in alueum reuolant, vt ad vſum mortalium cellulas dulciſſimô mellis liquore compleant. FRANCISCVS Galliam, & vtramque luſtrauerat Heſperiam, vt in Romanum reuerſus aluearium, collectis vndique ciuilis ſapientiæ floribus, melleâ tranquillitatis dulcedine Chriſtianum gregem recrearet; in illâ Regum arce, vrbium Reginâ, Orbis epitomê, gentium dominâ, religionis ſede Româ, Vrbani Chriſti vicarij vices agens. Annô luſtrali confluentibus vndique ad ſacra Petri limina populis, quæ non edidit pietatis, magnificentiæ, & liberalitatis teſtimonia? egenos alere; religioſos hoſpitiô excipere; ſacra loca pijs largitionibus iuuare; templa extruere; bibliothecas inſtruere; probis, doctiſque auxilio eſſe; vbique ſuas opes ad vſum pauperum, & religionis diſpenſare, ac infelicia hęreſeon vepreta è lætis fidelium paſcuis reſecare, fuerunt actuoſæ vitæ FRANCISCI curæ, quas ardor iuſtitiæ, zeluſque domûs Dei ab intimô purpurati principis affectu excitauit. His officijs felix, pius, inclytus, glorioſus Romæ regnare, amari, colique pergit, Nepos VRBANI, filius Caroli

Ad Regem Hiſpaniæ.

Card. Franc. virtutum exercitia.

optimo in ſecũda promotione non. Octob. MDCXXIV. Romanô murice donaretur; tit. S. Onuphrij Cardinalis. Romæ hodie viuit in vegetâ ſenectute religioſæ pietatis exemplar.

LAVRENTIVS CARD. MAGALOTTVS.

III.




FVit ab omni æuô ſuis clara ciuibus Florentia, vbi velut in ſapientiæ ſolo radices egêre pleræque honorificæ Italiæ familiæ. quarum è germine pullularunt innumeri Præſules, qui Romanæ Eccleſiæ purpuratis inſerti, Chriſtiani nominis gloriam propagarunt. Ex illis LAVRENTIVS MAGALOTTVS vtriuſque ſignaturæ referendarius, quem olim Bononia Prolegatum iuris peritiâ, & rerum ciuilium vſu præſtantem agnouit. Roma vidit à ſecretis Pontificijs turbulentiſſima negotia ſapienter conficere, optimum demum paſtorem proba- Patria. Dignitates.

Epiſc. Ferrariæ. uit Ferraria ; morum honeſtate, & diſciplinâ ; vitæ integritate, & ingenij dotibus inter primos illius vrbis Epiſcopos referendum. Hoc virtutum prouentu ad extremum vitæ in vineâ Chriſti laborauit ; vt ſtatim à primâ electione purpuram ab Vrbano recepit.
Mors. Ferrariæ maximâ omnium comploratione è viuis migrauit.

PETRVS MARIA CARD. BVRGHESIVS.

IV.



MEmoris beneficij teſtatiſſima ſignificatio. Barberino Burgheſius honores Cardinalitios tribuerat; reddidit Burgheſio Barberinus ; & meritiſſimo Principi Burgheſiæ patriciæ Senarum gentis ſoboli; Paulo V. Pontifici ſanguine coniuncto, purpuram retulit Vrbanus; concurrentibus in eo præſule cultiſſimi animi dotibus, quarum felicitas, fortunæ benignitatem ſplendori natalium debitam aſſeruit. Non. Octob. MDCXXIV.

alte-

Digitized by Google

alterâ à primâ electione Petrum Mariam Burgheſium Vrbanus in ſacrum Senatum cooptauit; eique Idibus Nouembr. Diaconiam S. Gregorij ad vellus aureum contulit. Gentis Burgheſiæ, quæ ſummo Pontificatu nouiſſimè inclaruit, glorioſa monumenta reuoluere, de quibus extant Orbi Chriſtiano volumina à clariſſimis ſcriptoribus edita, noſtri non exigit inſtituti ratio. non tamen ſilendum, quod illuſtri laudis compendiô omnem ſuperat gloriæ apicem. Celebris vrbs Hetruriæ Senæ gentem hanc multis retrò ſeculis belli, paciſque artibus inclytam habuit; quam in ciuitatibus continuatæ præfecturæ; in exercitibus imperia; ad reges, Cæſares, & Pontifices legationes eximiæ commendarunt. Sed hęc etiam arbos inſignibus fœcunda viris, ſanctitatis, & ſapientiæ ramos incomparabili felicitate fudit. Petri memoriam ob innocentiæ famam, cœleſtiumque virtutum præconia GESVATI, quibus nomen dederat, venerãtur. CATHARINA VIRGO, quæ tot, tantiſq; miraculis conſpicua in ſacrorum faſtis colitur, è maternô latere huic ſuam tribuit originem. Memoratur Auguſtinus Pauli V. abauus quintùm VIII virûm princeps, Senenſi Reipublicæ præfuiſſe, cuius legationes ad Venetos, ad Pontifices, & Sigiſmundum Cæſarem magnis honoribus cumulatas prætermitto; vt ad BVRGHESIVM eius filium diuertamur; cui vitâ functo patria ob inſignia merita, ſolemni iuſtitiô, ſumptuque publicô parentauit. Quid præterea nobis de Iacobo, Marcò Antonio, & alijs huius familiæ principibus viris dicendum foret? At illius extremum decus aſſeruit PAVLVS V. qui intra quindecim annos, menſes octo, & dies aliquot, quibus regali ſacerdotio præfuit; religionem ſummâ pietate coluit; hæreſes acer-

Fit Cardinalis ab Vrbano.

Patria Senæ.

Gẽtiles clari.

D. Catharina Senenſis.

Pauli V. facta recenſentur.

nicipia. Ex qua prodiere inſuper cùm egregij militiæ duces, tum pacis artibus eximij præſules. ſub Bonifaciô VIII. Cardinales habuit Iacobum, & Franciſcum. à Bonifacio IX. Antonium. debentur Sixto V. Nicolai, & Henrici Cardinalium promotiones, qui duo fuerunt aurea religionis noſtræ ornamenta. Horum veſtigijs firmô greſſu ALOYSIVS inhæret, Patriarchâ Antiochenus, Capuanus Archiepiſcopus, & Ducis Sermonetæ è Magnatibus Hiſpaniæ frater; qui ſingulares ob animi dotes, & gentis ſplendorem in ſecundâ electione Cardinalitiô murice; titulô S. Pudentianæ ab Vrbanô meruit inſigniri XIV. Kal. Februar. MDCXXVI. Dignitates.

DIONYSIVS CARD. MARQVEMONTIVS. VI.



DIONYSIVS Marquemontius nobilis Gallus, qui iam à primis ſuæ vitæ annis in domiciliô religio- Patria.

nis,& ſapientiæ,firmiſſima veræ virtutis fundamenta iecerat; poſt adeptam iuris lauream ſacræ Rotæ Romanæ Auditor meruit; Regibus Chriſtianiſſimis non minùs, quàm Romanis pontificibus gratus. quibus cùm vtriſq; perſpecta foret eius vbique fides, integritas, ſolertia, & in re ciuili ſingularis prudentia; grauiſſimas pro ſacroſanctâ Apoſtolicâ ſede legationes obiuit; & quæ magis erant in Religione conſpicuæ dignitates, honorificè ſuſtinuit. etenim primùm in Archiepiſcopum Lugdunenſem, primatem Galliarum aſſumitur. mox dum Romæ ſub Vrbanô, Chriſtianæ reipublicæ,& Italiæ ſaluti, Ludouici XIII. extra ordinem legatus impenſiùs ſtudet, ad ſacram purpuram euehitur. Præſul pietate, & ſapientiâ inſignis, qui Romæ annô ætatis ſuæ LIV. XV. Kal. Octob. inter grauiſſimas curas, communeſque piorum omnium lachrymas è viuis exceſsit. In Aede S. Trinitatis funeratus.

Sacræ Rotæ Auditor.

Dignitates,& legationes.

Moritur Romæ.



ER.

ERNESTVS ADALBERTVS CARD. AB HARRACH


VII.



IN educatione poſitum eſt omne virtutis,& gloriæ incrementum . probatiſſimam Romæ aſſecutus eſt Patria.
ERNESTVS ADALBERTVS AB HARRACH Auſtriacus Baro, qui pietatis, & bonarum artium ſtudijs in Educatio.
collegiô Germanicô ſtrenuè vacauit. hinc ab intimô Pontificis cubiculo; deinde verò Pragenſis Archiepiſcopus Dignitates.
tandem, quòd anxiâ ſollicitudine in impios Hæreſiarchas Germaniam infeſtantes pro Chriſti fide laboraret, cardinalitiâ dignitate meruit in ſecunda electione ab Vrbano decorari.

BERNARDINVS CARD. SPADA.

VIII.



Patria. BERNARDINVM SPADAM Fauentinum in Aemiliæ pontificiæ ditionis vrbe natum, ad genium humanitatis Natura compoſuit; cuius animum grandia quæque, & ſublimia meditantem valida ſapientia roborauit. Natura. Cùmq; ad virtutis culturam, vt indefeſſô, ſic ad laborum diuturnitatem ſemper inuictô polleret ingeniô, facilè ſibi in ampliſſimas Chriſtianæ Reipublicæ dignitates aditum patefecit; meruit enim Dignitates. Clericus Apoſtolicæ cameræ; mox Archiepiſcopus Damiatenus, & pontificius ad regem Galliarum nuncius; vbi mira præſulis eluxit, cùm induſtria, tum fides, eloquentia, probitas in obeundis grauiſſimis pro decore fidei negotijs; quô meritorum remigiô feliciter ad ſacram emerſit purpuram. Cardinalis. poſt reditum è Galliâ recepit ab Vrbanô ſolemni ritu dignitatis inſignia, & titulum Card. S. Stephani in Cæliô monte. Sed quâ majeſtate

hono-

honoris huius eminentiſſimi pondus ſuſtineat, nouit imprimis Bononia, cui Legatus à latere ſexennium glorioſè præfuit, dum crudeli peſtilentiâ vexaretur. In maximâ namque omnium trepidatione intrepidus fuit (ſit fides eorum, quæ vidimus) cùmq; populus in dies cateruatim caderet; tanti horroris objectu nulla vnquam omiſit veri magiſtratus munia; luctuoſæ depopulationi tam prouidis conſilijs, decretiſq; ſubueniens, vt omnem breuì repreſſerit luis nimiùm debachantis violentiam. Altiùs eius encomia proſequimur in hiſtoriâ de peſte Italicâ. Vrbanus hunc hodie Romæ retinet inexhauſtæ virtutis antiſtitem meritò inter maximos Cardinales annumerandum.

Legatus Bononiæ.

Romæ reſidet.

LAVDIVIVS CARD. ZACHIAS.

IX.



LAVDIVIVS ZACHIAS Vexiani in Liguriâ editus; Pauli Aemilij Card. S. Marcelli frater; Montis Faliſci Epiſcopus, domuſq; pontificiæ moderatot, qui

Dignitates. cùm olim ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Nuncius ad Venetos pro dignitate muneri ampliſſimo ſatisfeciſſet, vir quippe eloquens, ſolers, & frugi; promeritus eſt, quem Vrbanus in ſecundâ creatione inter purpuratos ſacri ſenatus Patres adlegeret: Mors. obijt Romæ in ſuis ædibus.

S. R. E. Card. titulo S. Sixti.

BERLINGERIVS CARD. GYPSIVS.

X.



SElegit apis vrbana in virtutis viretô eximium ſenilis prudentiæ florem, cuius gratiſſimô ſapientiæ melle Religionem voluit hôc æuô recreari. honoris cenſum veræ virtuti addixit Vrbanus; vbi cenſuit Berlingerium Gypſium, præſulem tot meritis inclytum ſacræ purpuræ inſignibus honeſtandum; Patria. qui natione Italus, patriâ Bononienſis, natalium ſplendori maximarum omnium virtutum applicuit lumina, quibus ab Vrbanô meruit ſtatim à primâ electione ſacro-ſancto purpuratorum pa-

trum

trum ſenatui adſcribi, per omnes honorum gradus purpuram aſſecutus. Etenim primùm fuerat à Clemente VIII. & Leone X. PP. ſanctæ congregationis Cardinalium à ſecretis electus. Deinde à Paulo V. inter grauiſſima Italiæ,& Chriſtianæ ſalutis diſcrimina ad Venetos S.Sedis Apoſtolicæ nuncius; vbi in Epiſcopum Ariminenſem aſſumitur; mox vrbis Romæ gubernator, hinc Pontificiæ domûs moderator,tãdem Vrbinum miſſus, vt nouos municipes clientelari pontificiæ ditionis fidei reſtitueret. Quibus obeundis muneribus ſic præluxit ingeniô, iudiciô, & prudentiâ, vt eum meritiſſimò Vrbanus Cardinalitiâ dignitate auxerit. Viuit hodie Romæ inter maximas Religionis curas, ſummis honoribus dignus princeps, tit. S. Auguſtini Cardinalis.


Dignitates,& munera.

Cardinalis eligitur.

FE-

FEDERICVS CARD. CORNELIVS.

XI.



Patria.

INter clariſſimas Italiæ familias gentem Corneliam viris,factisq́; inclytam, Venetorum faſti commendant. Cuius è fœcundâ ſanguinis propagine prodiere optimates ad ſceptra, ſoliaq; nati,qui belli, paciſque artibus, patriæ, & religioni fuerunt ornamento. Præter Aloyſium , vt ad recentiores deſcendam , Iulij III. Cardinalem ; Federicum referunt à Sixto V. & Franciſcum à Clemente VIII. Cardinales electos ; quibus ob expertam fidem , perſpectamque ſapientiam grauiſſima ſedis Apoſtolicæ, & Reip. Venetæ negotia feliciter ſunt cõmiſſa. Iſtis non inferior FEDERICVS Ioannis Venetiarum olim principis filius, magnus Cypri Prior, Abbas S. Mariæ Bonę.& Venetus Patriarcha,meritorum, & gentis intuitu, ab Vrbano VIII.in ſecundâ electione ad ſacram purpuram applaudentibus Vaticani ſenatus Patribus promouetur ; cùm antea princeps incorruptis

Gentis Corneliæ nobilitas.


Dignitates.

mo-

moribus, Epiſcopus Bergomenſis, deinde Vicentinus,& Apoſtolicæ Cameræ Clericus meruiſſet.

IVLIVS CARD. SACCHETTVS.

XIII.



IVLIVS SACCHETTVS Florentinus è vetuſtiſſimâ Magnatum proſapiâ,qui patriam euerſam repararunt, oriundus; cultiſſimam habuit optimis parentum auſpicijs, in moribus,& litteris puerilis ætatis inſtitutionem; cui cum mirificè natura ſuffragaretur, ab ingenij ſtricturis iam tunc explicuit dotes, ampliſſimæ fortunæ indices. Peruſijs in Vmbriâ ditionis pontificiæ vrbe, & academiâ humanis litteris, & Iuriſprudentiæ vacauit; cuius lauream Piſis ad Tuſcos honorificè meruit. at illum extemplò Roma pontificibus carum, maximæ expectationis iuuenem præuidens, ad præcipuos Religionis ordines deſtinauit. Inerat enim ei præcelſa indoles, ſupra ætatem grauitas, & ſapientia iuncta cum vitæ modeſtiâ, & pudicitiæ nitore, quibus virtutibus

quam

quàm maximè idoneus ad rerum ſacrarum adminiſtrationem aſſerebatur. Iamq; Bononia inexhauſtæ virtutis prolegatum exceperat; cùm auctum epiſcopatu Grauinenſi præſulem agnouit Hiſpania, incomparabili ingeniô, ſingulari prudentiâ, & pietate conſpicuum; vbi Nuncius Apoſtolicus diuini honoris, & Eccleſiaſticæ libertatis zelum multô cum decore ſuſtinuit. His nominibus verè dignus Romano murice, quem ei Vrbanus ſecundâ electione inter alios vndecim purpuratos Vaticani ſenatus patres adlecto conceſſit, additis annulô, & titulô Card. S. Suſannæ; Sed mox Ferrariam Legatus à latere mittitur, eâ quidem æui calamitate, vt in confinijs non ſolùm acriter bellum æſtuaret, Germanô milite direptâ Mantuâ paſſim excurrente; ſed etiam vndiq; lethaliter, & contagiosè ſæuiret lues: cui grauiſsimo muneri eâ præfuit auctoritate, & vigilantiâ, vt nec ditioni Eccleſiaſticæ hoſtis, nec vrbi Ferrariæ peſtis detrimento fuerit. Regit hodie Legatus Bononiam tam dulci imperiô, tantâque ſapientiæ, & humanitatis laude, vt illi, ac optimo patriæ parenti ciues in animis obeliſcos amoris æterni ſtruant, quos meritiſsimi principis integerrimo affectui, & laborioſæ virtuti debitos profitētur.


Nuncius Apoſt. in Hiſp.

Ferrariæ Leg.

Bononiæ Leg.

IO. DOMINICVS CARD. SPINVLA.


XIII.



SPINVLARVM proſapia Genuæ debetur Liguriæ Metropoli; vbi gentis illuſtriſſimæ truncus, iactis altè radicibus viros egerminauit, qui bellicis artibus inclyti, pacis, & togæ ſtudijs conſpicui, multis honorum titulis omni ſeculô claruerunt. quòd verò ſibi nobiliſsimas Europæ familias affinitate iunxerit; potentiſsimos Chriſtianæ reipublicæ reges meritorum aſſiduitate deuinxerit; Sanctisſimos fidei noſtræ Hierarchas integritate vitæ, ſapientiâ, & fide demeruerit; non eſt cur miremur, ſi tot habeat hodie proceres heroicarum virtutum poſſeſſores, quos Orbe toto principes ament, populique venerentur. prodijt ex aureis hiſce ſurculis genuina ſoboles IOANNES DOMINICVS, quem ob iuris, & legum ſcientiam, eximiamq; pietatem, & ſapientiam Vrbanus ab Apoſtolicæ Cameræ generali Auditore ad Romanæ purpuræ dignitatem euexit xiv. Kal. Febr. MDCXXVI. tit. S. Clementis Card. Patria, & gentis nobilitas. Dignitates.

IACOBVS CARD. CAVALERIVS.

XIV.



Patria. IACOBVS CAVALERIVS Romanus ob inſignem legum peritiam, rerumque ciuilium vſum, honores varios in aulâ Romanâ meruit; nec exiguam in patriâ benè gerendæ Reip. laudem adeptus eſt. Hinc ſibi nomen habuit pontificij Datarij, & in ampliſſimô ordine ſacræ Rotæ Romanæ auditoris. in quibus dignitatibus omnes compleuit numeros integerrimi, & conſultiſſimi Honores. præſulis. Vnde meritò potuit inter purpuratos Religionis proceres ab Vrbanô referri iri. In ſecundâ electione inſignia Cardinalitiæ dignitatis accepit, cum titulô Obitus. S. Euſebij. Obijt Tybure, ad quam vrbem vires morbô fractas recupaturus conceſſerat. iij. Kalen. Febr. M. DCXXXVIII. Corpus in Arâ cœli funeratum iacet.

LAELIVS CARD. BISCIA.

XV.




LAELIVS BISCIA Romanus genere, & virtute Patria.
clarus, ab humaniorum literarum cognitione, legum ſtudia amplexus, poſt adeptam lauream, aulæ Romanæ cultui ſe addixit, Bernardini patris conſultiſſimi viri non degener; cuius frequentem mentionem faciunt deciſiones Rotæ Romanæ. fuit iſte Præſul moribus, & pietate exemplaris; literis, & ſapientiâ ſingularis, qui dum Vrbis annonæ præerat, ab Apoſtolicæ Cameræ Clericatu, ad Cardinalitij gradûs eminentiam ab Vrbanô
aſſumitur xiv. Kal. Febr. MDCXXVI. Card. tit. SS. Vi- Dignitates.
ti, & Modeſti nuncupatus. in hôc ampliſſimô ordine aliquot annos functiones præcipuas maximâ cum laude ſu-
ſtinuit, donec laboribus, & annis grauis è viuis migra- Mors.
uit; de quo meritò dici poteſt.

Si locum virtus habet inter aſtra;
Hic comes Phœbo, comes iuit aſtris.

Digitized by Google

HENRICVS CARD. DE GVSMAN ET HARO.

XVI.



Genus, & patria.

D HENRICVS DE GVSMAN, & HARO Canonicus Toletanus, regiæ inter Hiſpanos nobilitatis præſul, Marchionis de Carpiô filius, optimæ ſpei iuuenis; cuius cùm perſpecta foret pontifici ſingularis pietas, animi moderatio, & in rebus gerendis ſolertia, vt gentilitijs honoribus, & virtuti propriæ debitam coccinei decoris eminentiam adderet; Vrbanus in tertiâ promotione Cardinalem euulgauit. ſed breuì purpuram ſæculo reliquit, in Cœlo ſolidioris gloriæ factus compos. Matriti obijt. ætatis ſuæ xxj. MDCXXVI.

Mors.

Digitized by Google

NICOLAVS FRANCISCVS CARD. PRINCEPS LOTHARINGVS.

XVII.



NICOLAVS FRANCISCVS Card. Princeps Lotharingus Ducis Vaudemontij filius, & Sereniſſimi Caroli Lotharingi frater, cùm genus duceret à gente regiâ ad religionis decus, & præſidium natâ; generoſô conſiliô vouet ſe rerum ſacrarum cultui. vt itaq; proprijs meritis, & maiorum gloriæ iuſti reponerentur honores à Tullenſi Epiſcopatu ad ſacrum Purpurati ordinis magiſtratum in tertiâ Vrbani creatione promouetur; quibus attamen dignitatibus mox eum abdicare coegit turbulentiſſimi ſeculi calamitas. Deus optimum principem felicitet.


Genus.

Tullenſis Epiſcopus.

HIE-

HIERONYMVS CARD. VIDONVS.


XVIII.



Patria. CRemona ad Padi fluenta, vrbs antiqua Ciſalpinæ Galliæ, ciuem ſuum aſſerit HIERONYMVM è VIDONIS patriciâ gente, quem doctorali legum laureâ inſignitũ excepit Roma, & ſingulari rerum vſu præſtãtem præſulem agnouit his animi bonis inclytus cùm honores eximios in aulâ Romanâ meruiſſet, pontificij ærarij magnus quæſtor aſſumitur. Honores. Quod ampliſſimum munus tantâ fide, & probitate exercuit, vt ab Vrbanô pridie Non. Septemb. in Quirinali aulâ maiori, purpureô galerô, magnâ patrum frequentiâ fuerit honeſtatus. Obitus. Obijt Romæ Card. titulo SS. Quatuor Coronatorum.

MARTIVS CARD. GINNETTVS.

XIX.



NObis hèic Mineruа è ſuô conopeô prodeuntem exponit ſummæ virtutis antiſtitem MARTIVM GINNETTVM, Velitris natum, vrbe Latij Octauiæ gentis origine inclytâ; qui iuueniles annos, cùm optimarum artium cognitione, Theologiæ, & legum ſtudijs inſigniter excoluiſſet; facilè ad ſacras aulæ Romanæ dignitates his animi dotibus grauis aſſurrexit. Referendarius quippe vtriuſq; ſignaturæ; mox pontificiæ Domus moderator;& ab exceſſu Card. Millini Vicarius Vrbani haberi cœpit. At quia Pontifex ſingularem ingeniô; vitâ, & moribus exemplarem, prudentiâ, & rerum vſu præſtantem nouerat; quartâ ordinatione iij. Kal. Septemb. MDCXXVII. Card. Diaconum publicè edixit. Hodie extra ordinem Legatus in Germaniâ pro ſancienda pace inter Principes Chriſtianos Religionis quieti impenſiùs ſtudet. his votis ſperatæ pacis Deus obſecundet.

Patria.

Dignitates.

FA-

FABRICIVS CARD. VEROSPIVS.

XX.



IN hôc antiſtite, patriâ Romano, eximia laudum ornamenta purpuriſſant; quibus à virtutis profeſſione, poſſeſſionem purpuræ meritò ſibi aſſeruit. etenim ſacræ Rotæ Romanæ primùm Auditor, iuri dicundo addictus, inter conſultiſsimos rerum forenſium haberi cœpit. his dotibus inſignis, Peruſiam miſſus Vmbriæ præficitur. at ſummam præcipuè laudem aſſequitur in Germanicâ bis actâ legatione ad Cæſarem, quâ Cardinalem Kleſium vinculis exemptum Romam perduxit, integrâ ſacri Collegij dignitate, quam acerrimi ingenij præſul intrepidè propugnauit. Erat in eo excellens rerum ciuilium vſus, & eloquij mira dulcedo, quibus difficilia quæque euincebat. His virtutum titulis benè de Republ. Chriſtianâ mereri ſtuduerat; Iurè ideo ab Vrbanô Cardinalitij decoris inſignibus honeſtatur, cum tit. S. Laurentij in Pane, & Perna. Romæ obijt.


Patria.

Dignitates.

Mors.

AEGIDIVS CARD. ALBORNOTIVS.

XXI.




GEns ALBORNOTIA, natione Hiſpana, patriâ Conchenſis, viris, factiſq; multis ab hinc retro ſeculis inclyta, à Legionẽſium regibus ſuam repetit originem, è quibus aiunt hunc meritiſſimum præſulem genus ducere; cuius ab anteceſſore eiuſdem nominis, & gentis Heroe ſub Innocentiô VI. & Vrbanô V. Pontificibus Auenione ſedentibus, occupatæ olim à tyrannis in Italia ditiones Eccleſiaſticæ gloriosè ſunt recuperatæ; caſtris, & arcibus paſſim expugnatis, hoſte multis prælijs vbiq; oppreſſo; populiſque in deditionem receptis, quos Pontificibus infenſi Cæſares ad defectionem ſolicitauerant. ab eo conditũ Bononiæ illuſtre Hiſpanorum Collegium, vt alia pleraq; eius munificẽtiæ, pietatis, & ſapientiæ teſtimonia prætermittam; eadem penè relucet indoles in Aegidiô magni huius Card. vt nominis, ſic virtutum hærede, qui multis honorum titulis conſpicuus pri-

mũ Auditor Granatenſis,& Valliſoletanus; Præſes Pampilonenſis in Cantabriâ, vnus ex Inquiſitoribus ſupremæ Inquiſitionis Hiſpaniæ,& Archidiaconus Valpueſtanus, in Metropolitanâ Burgenſi; tandem ab Vrbanô meruit galerô purpureô inſigniri, pridie non. Iul. MDCXXX.

PETRVS CARD. BERVLLIVS.

XXII.



IN gremiô pietatis enutritus BERVLLIVS, natione Gallus, quæſitiſſimos ſanctimoniæ fructus in dies edebat, fundator in Galliâ, & Rector Congregationis Oratorij Domini noſtri Ieſu Chriſti; vbi ſanctâ claruit animi moderatione, eâ humilitatis, probitatis,& ſapientiæ laude; vt Regibus acceptiſſimus ad purpuram promoueri meruerit. inſcio delata eſt, inſtitore Ludouico Rege; At quia votô ſe abdicarat ab omni dignitate Eccleſiaſticâ, non niſi impedimentô à Pontifice ſublatô Cardinalitij decoris inſignia excepit; quæ tamen breui ſeculo reſtituit; namq; dum ſacerdotali compoſitus habitu, in alta-

Fundator Cõgregat. Oratorij.

ri ſacram ſumeret ſinaxin, repentinâ correptus Apoplexiâ in Cœlos euolauit.vj.non.Octob. MDCXXIX.obijt Pariſijs ſanctitatis opinione clarus.

ALEXANDER CARD. CAESARINVS. XXIIII.




ALEXANDER CAESARINVS, patriâ Romanus, è proſapiâ vetuſtiſſimæ gentis Ducum Ciuitatis nouæ; quem non minùs commendat propriæ virtutis laus, ac natalitiũ gloria. vbi enim primos ineuntis adoleſcentiæ annos, cùm liberalium artium ſtudijs, tum Iuris, & legum diſciplinâ excoluiſſet; quibus incorruptos addidit mores, & integritati vitæ ſuauiſſimam conſuetudinem cum viris auctoritate grauibus pietate, & ſapientiâ claris; facilè primas in aulâ Romanâ dignitates eſt aſſecutus. etenim retulit vtriuſq; ſignaturæ libellos. Mox Apoſtolicæ Cameræ Clericus, & in electione Vrbani conclaui prçfuit. inter ſuos Illuſtriores gentiles recenſet ampliſſimi nominis Card. Iulianum à Martino V. Genus. Studia. Dignitates.

Columnenſis familiæ, honore ſacræ purpuræ donatum. noſtris temporibus alterum habuit à Leone X Cardinalem Alexandrum; cuius fratrem VIRGINIVM pretioſiſſimam ſeculi gemmam, & omni laude maiorem præſulem, ob diuinas dotes Vrbanus intimum à cubiculis aſſumpſit. ſed honores, quos Virginio parabat, niſi præcoce fatô è viuis migraſſet, Alexandro contulit Vrbanus in iv. Ordinatione ad ſacram purpuram euecto tit. Sanctæ Mariæ in Dominica.

Virginius Cæſarinus.

ANTONIVS CARD. BARBERINVS.

XXIV.



LAtè refulget ſplendor purpuræ in ANTONIO Caroli filiô, VRBANI nepote, aureô gentis Barberinæ germine, qui ſacræ militiæ Ioannitarum equitum nomen à primis annis dedit; grauiſſimaſque Legationes pro ſalute reip. Chriſtianæ in calamitoſiſſimis corporibus feliciter obiuit. Viuit Romæ, vt ſummæ auctoritatis; ſit maximæ virtutis, & meriti princeps, Card. Diaconus

Eques ſacræ militiæ Hieroſolymit.

Legatus à latere.

S. Ma-

S. Mariæ in Aquirô; quem in primis liberalitas, & magnificentia regiæ virtutes, omnibus vt venerabilem, ſic amabilem reddunt.

HIERONYMVS CARD. COLVMNA.

XXV.



HIc ſe nobis aperit latiſſimus encomij campus, innumeris Columnenſis familiæ ornamentis ſpecioſus; quem tamen vetat percurrere ſcribendi mihi præſcripta breuitas; At prælibabo ſelectiora, quibus hodiè gens Columna immortali nomine ad poſteros glorioſa tranſmittitur. Satrapias, & ditiones in Campaniâ, Latiôque poſſidet opulentas, Salernitanum principatum, Ducatus Venoſæ, Trajecti, Analphitanum, Pallianum, Taliacotium, & Marchionatum Cotronenſem. Quis verò belli duces, togæque præſules, omni ſeculô venerabiles, & glorioſos in hâc gente recenſeret? numerant Columnenſes in Romanis faſtis XVII. Cardinales vitæ integritate, ſapientiæ famâ, doctrinæ excellentiâ, ciuiliumque rerum prudentiâ conſpicuos, quos habuit Eccleſiâ Romanâ, ad omnia maximè ardua, & peri-

Viris, & faſtis inclyta familia.

Satrapiæ Columnæ gẽtis.

Ioan. I. Card. Columna Peluſium expugnat.

riculoſa negotia paratiſſimos. Ab Honorio III. Ioãnes I. Cardinalis Chriſtianorum ſacrô Marte fœderatorum in exercitu Legatus, Saracenis Peluſium ad Nili oſtium vrbem Aegypti fortiſſimam triplici murorũ loricâ cinctam à decimô quintô obſidionis menſe eripuit; Inter pretioſiſsima ſpolia Columnam ſacram, Chriſtique Saluatoris noſtri partem Crucis maiorem retulit; quibus theſauris, Romæ ſummâ cum veneratione receptis, in Italiam reuerſus auxit Religionis ærarium. Quid verò mihi dicendum foret de Iacobo, Petro, Aegidio, Ioanne II. Agapito, Stephano, Othone, Proſpero, Ioanne III. Pompeio, Marco Antonio, Aſcanio, & alijs Cardinalibus, quorum heroicis actionibus doctrinâ, pietate, & prudentiâ pleniſsimis, annales Eccleſiæ, vt aurô, gemmiſque intexuntur? Siſtat tamen lectorem hìc vnius Martini V. in Conſtantienſi Oecumenicô conciliô diuina electio. Iam procelloſô ſchiſmate trium pſeudopontificum Ioannis XXII. Gregorij XII. & Benedicti XIII. Petri nauis penè naufraga fluctuabat; cũ à ſolemni illorum abdicatione, vbi aderant, præter Sigiſmundum Cæſarem, & Alphonſum Aragoniæ Regem triginta millia nobilium equitum, & plùs mille Theologi; præter vnde triginta Cardinales Italos, Gallos, Germanos, Hiſpanos, & Anglos; ventum eſt ad noui Pontificis electionem, quam D. Martini Epiſcopi feſtus dies definiuit; conſpirantibus in Othonem Cardinalem Columnam Electorum omnium per acceſſum votis; cùm iam tertiô annô ſedes Apoſtolica vacaſſet. Nec inter extremos huius principis familiæ proceres referri debet Marcus Antonius Camilli, & Victoriæ Columnarum filius, quem aſſerunt tanti nominis, & meriti præſulem; vt ab

Sacra Columna.

Martinus V.

Conſtantienſe concilium.

exceſ-

exceſſu Vrbani VII. Gregorij XIV. & Innocentij IX. Pontifex in interregno ab omnibus expectaretur. Hiſce aureis familiæ ramis ſuos natales illuſtrat hodie HIERONYMVS Philippi Taleacotij, & Marſorum Ducis, regni Neapolitani magni equitum Magiſtri, & Lucretiæ Thomacellæ filius. Cuius prçterea ſplendorem augent, è ſtirpe maternâ duo Pontifices Bonifacius IX. & INNOCENTIVS VIII. At omnium horum gloriam non tam conſeruat præſul, quàm producit ſuæ propriæ virtutis meritô; cùm enim humanis, diuiniſq; literis inſigniter excultus, Doctoris lauream Compluti, in celeberrimâ Hiſpaniæ Academiâ meruiſſet, primùm apud Regem Catholicum Cortinæ Regiæ præficitur. in Abbatem S. Martæ eligitur. mox Lateranenſis Baſilicæ Archipresbyter ab Vrbano in aulâ Ducum Vaticani muricis inſignibus decoratur. hinc ad Archiepiſcopatum Mediolani adſcitus, Bononienſi præeſſe maluit, quem feliciter regit Paſtor integerrimis moribus gentilium ſuorum verus imitator.


Hieron. Cardin. ſtirps materna.

In Hiſpania literis vacat.

Eius honores, & dignitates.

IO. BAPTISTA CARD. PAMPHILIVS.

XXVI.




PLures aures, & manus Apollini ſapientiæ Præſidi dediſſe Lacedæmonios ferunt; quo ſymbolô declaratur, nec ſapienti pauca audienda, nec ſegniter operi manus admouendas eſſe. Etenim quis feliciùs vtriuſq; officium complexus eſt vno IOANNE BAPTISTA PAMPHILIO, quem Romæ natum Hieronymus è gente ſuâ Cardinalis, vt nepotem optimis litteris, & moribus excoluit, ſacrarumq; rerum cultui mancipauit. Inter Romanæ Rotæ auditores, iuris conſultiſſimus audiuit. Neapoli ſedis Apoſtolicæ Nuncius excipitur. Antiochiæ Patriarcha præficitur. Principis Franciſci Cardinalis Barberini cùm Legatus à latere maximis vacaret rei Chriſtianæ negotijs, Datarius eligitur. Nuncius ſedis Apoſtolicæ in Hiſpania retinetur;& ab Vrbanô in Quirinali Palatio, galerô purpureô donatur.

Card. Pāphilij nobilitas.

IO. FRANCISCVS CARD. A BALNEO.

XXVII.




PRopiùs accedunt Cœleſtium ſorti, qui res mortalium pro dignitate curant. Inter iſtos hôc æuô ſuſpicio IO. FRANCISCVM clariſſimæ gentis virum è Comitibus Guidijs à Balneô in Flaminia natum. (Genus, & patria.) cuius in heroicas actiones aciem animi ſæpenumerò intēdenti occurrunt illuſtres generoſi pectoris gemmæ, quibus ad recta agenda manu, & mente; opere, & conſiliô vbiq; enituit. Cùm enim eximias ſanguinis, & naturæ dotes conſpicuis ſapientiæ ornamentis illuſtraſſet; & indefeſſô magnarum virtutum ſtudiô operam ſuam vtiliſſimam rei Chriſtianæ comprobaſſet; (Studia literarum.) hâc viâ vir ampliſſimus feliciter litauit gloriæ, ad quam per hos gradus inceſſit. florem Iuuentutis illibatum bonarum artium, & legum diſciplinis expoliuit; quaſque in aulâ Romanâ dignitates obtinuit, non minùs integrè, quàm magnificè ſuſtinuit. Ceruienſis Antiſtes; Auenione Prolegatus; Ar- (Dignitates.)

chiepiſcopus Patranus; & in Belgiô primùm; mox in Galliâ Nuncius Apoſtolicus, vbiq; Summo Pontifici acceptiſſimus. per hæc laudum veſtigia, viam ſibi ſtrauit ad purpuram, cuius ſplendore auctus ab VRBANO, & Archiepiſcopatu Retenſi, meritò inter maximos Religionis Proceres hodie recenſetur.

PETRVS CARD. PAZMANY.

XXVIII.



Patria. PAnonia, quam nunc Hungariam dicimus, vt Regio eſt hinc Germaniæ, illinc ditioni Turcicæ contermina; ſic vtrinque infidelium, & hæreticorum bellis, ſectisq; continuò laceratur. Natus eſt ibi ad Religionis decus, & fidei propagationem PETRVS PAZMANY


Mores, & merita. Vir ſacrarum literarũ cognitione excultus, Iuriſperitiâ, optimis artibus, & eloquẽtiæ ſtudijs clarus; quibus animi virtutibus latè propagat Catholicæ Religionis nomen, pro fide acerrimè propugnans, totôque Regnô ſtrenuè procurans ad Eccleſiæ optimæ Matris gremium deuios

re-

Digitized by Google

reuocari. præeſt hodie Strigoniæ Archiepiſcopus,& Vngariæ Primas, in v. ordinatione ab Vrbanó Card. electus.

ANTONIVS CARD. SANTACRVCIVS. XXIX.



ANTONIVS SANTACRVCIVS nobilis Romanus, Seleuciæ Archiepiſcopus, religioſæ pietatis exemplar, veruſq; ſectator Proſperi gentilis ſui (quem Pius Quartus Cardinalium Collegio poſt maximas in Luſitaniam, Germaniam, Hiſpaniam, & Galliam egregiâ cum laude geſtas Legationes, adſcripſit.) Ad Sigiſmundũ Sarmatarum Regem S. Sedis Apoſtolicæ Nuntius delegatur, vbi ſtuduit impenſiùs extirpandæ hæreſi, quæ Religionem Catholicam illic infeſtat. vnde reuerſus promeruit ad Cardinalitiam purpuram, gratulante patriâ, & gente promoueri. mox tamen auctus Bononienſi, Legatione, quam ſummis virtutibus illuſtrauit. Viuit hodie Romæ quintæ electionis Vrbani Cardinalis, Presbyter tit. S.

Patria.


Nuncius Poloniæ.

Legatus.

Digitized by Google

ALPHONSVS LVDOVICVS CARDIN. DV PLESSIS RICHELLIVS.

XXX.



GEntem Pleſſeam origine Pictauienſem, viris, factiſq; inclytam inter nobiliores Regni familias recenſent Galliæ Annales. Habuit ortũ ex eâ ALPHONSVS LVDOVICVS RICHELLIVS, quem ingenita pietas, vt cœlo liberiùs vacaret ſeculô abſtraxerat. inter Carthuſianos recluſus, ad cœleſtis vitæ æmulationem, ſolâ æternitatis contemplatione aſpirabat; cùm Regnô Galliæ ab hæreticô perduelle vexatô, coniuratis obuio, qui terrâ, mariq; exitium minabantur, datus eſt à Deo ARMANDVS Alphonſi frater, Turpino maior rebellioni oppoſitus, qui expugnatâ hæreticorum arce Rupeculâ, domeſticis compedibus Regnum liberauit; & ab externis hoſtibus toties audaciæ caſtigatis, tutum, ſartum, tectumque reddit, quaſi ſub illius expertâ ſummis in rebus, & periculis fide, ac prudentiâ Galliæ Genius feliciter cõquieſcat. Nec mirum ſi tantum tribuat eminentiſſimo Antiſtiti Auguſtiſſimus Heros LVDOVICVS,

Patria.


Armandus Card.

quòd

quòd magnô eius ingeniô, nihil ſublimius ſeculo datum videat. veſtigia fratris Alphonſus glorioſè premit, in curarum partem à ſolitudine Carthuſianâ ad aulæ frequentiam euocatus hunc ideo meritò videmus euehi ad ſummos Regni, & Religionis honores. Etenim Lugdunenſis Archiepiſcopus, & Primas Galliæ, ab Vrbanô ſacrô murice inſignitur, cuius decus eximijs hodie pro Rege legationibus illuſtrat. Carthuſiani ordinis.

IO. BAPTISTA CARD. PALLOTTVS.

XXXI.



IO. BAPTISTA PALLOTTVS de Calderola Camertis Diæceſis Picenus; cuius ſi requiras genus, Euāgeliſtæ Archiepiſc. Cuſentini ex fratre nepos. ſi mores vir exactæ probitatis, iuſtitiæ tenax, fide incorruptus, opere indefeſſus, ſermone affabilis, ingeniô ſublimis. ſi merita, qui rei Chriſtianæ cultui, ab adoleſcētiæ exordiô, ſub optimô patruô mancipatus, regnante Paulo V. Patria, & genus.

retu-


retulit vtriuſq; Signaturæ libellos.à Gregorio XV. Prolegatus Ferrariam, ab Vrbanô VIII.in Luſitaniam Collector miſſus. At in maximis rerum anguſtijs extra ordinem Nuncius ad Cæſarem eligitur; vbi inter grauiſſimas Italiæ, & religionis curas, prudentiæ remigiô ſic omnes difficultatum ſcopulos enauigauit; vt in Archiepiſcopum Theſſalonicæ aſſumptus, ordinarij locū apud eumdem Cæſarem retinuerit. mox vel ipſo poſtulante Ferdinandô, meritorum tanti præſulis conſcio, quintâ Vrbani electione purpuratorum patrum collegio adſcribitur. ab huius dignitatis acceſſione ad Ferrarienſem legationem vocatur; quam triennium ſummâ prouincialium beneuolentiâ ſuſtinuit. Viuit, vigetq; Romæ virtutis magnitudine inter maximos Cardinales annumerandus. presbyt. Card. tit. S. Sylueſtri in capite.

Dignitates.

Digitized by Google

GREGORIVS CARD. NARVS.

XXXII.



Patria.

GREGORIVS NARVS Patriâ Romanus, iam à primis annis pubertatis literarum ſtudia ſedulò amplexus eſt; quibus ætatis progreſſu inſignem legum peritiam cum ſacræ Theologiæ cultu addidit; vt excellentes, & verè dignas magno præſule virtutes cumulatè poſſideret. His meritis in Aulâ Romanâ clarus, vtriuſq; ſignaturæ libellos retulit; mox Generalis Apoſtolicæ Cameræ auditor, quæ munera ampliſſimi nominis, eâ integritatis, prudentiæ, & iuſtitiæ laude apud ſummum Pontificem obiuit; vt inter ſeptem Præſules, quos Vrbanus in quintâ ordinatione purpureis ornamentis decorauit, recenſeri meruerit; habuit Romæ Pileum cum annulô, & tit. SS. Quirici, & Iulitæ. ſed ijs honoribus non diù ſuperuixit optimus Antiſtes, quem maligna febris in almâ Vrbe ſeculo eripuit.


Dignitates.

Mors.

Digitized by Google

LVCAS ANTONIVS CARD. VIRILIS.

XXXIII.



Patria. ROma Vrbs æterna gignit æterni nominis viros. ex illis LVCAS ANTONIVS VIRILIS; quem optimæ indolis, & ſummæ ſpei iuuenem iam patria viderat liberalibus artibus apprimè inſtructum, nec minùs ſacrarum literarum, quàm iuris cognitione præſtantem approbarat. incorruptus in arâ Iuſtitiæ litans, ad gradum ſacræ Rotæ Romanæ Auditoris aſſurrexit; tantâ probitatis, & ſapientiæ fama, vt ab hôc ampliſſimô tribunali ad ſummum purpuratorum procerum Senatum ab Vrbanô ſit euocatus. Romæ præſens in quintâ electione annulum habuit, & purpuram, cum tit. S. Saluatoris in Laurô.

Mores, & ſtudia.


Dignitates.

THEO-

Digitized by Google

THEODORVS CARD. TRIVVLTIVS.

XXXIV.



IN hoc primariæ nobilitatis virô, cui Mediolanum patria eſt, maxima ſunt laudum ornamenta. etenim ſi ſpectemus generis eius ſplendorem, proauos oſtentat Orbi Chriſtiano, togâ, ſagô q; clariſſimos. Theodoros, & Iacobos exercituum duces Italiæ faſti commendant. plena ſunt Religionis noſtræ monumenta Triuultiorū præſulum encomijs. ex multis tres nouiſſimè purpuratos ante hunc noſtrum THEODORVM, perſtringam. ſub Leone X. SCARAMVCIAM, & AVGVSTINVM, ſub Paulo IV. ANTONIVM; quibus tanta fuit prudentia, grauitas, eloquentia, principum gratiâ, opes, auctoritas, vt inter Religionis infulas militiæ paludamenta meruerint. ſummis Pontificibus obſequioſiſſimi, Gallorum Regibus acceptiſſimi, hæreticorum ſectarijs infenſiſſimi; quos Antonius in ditione Auenionenſi funditus deleuit. bellicam hanc auorum gloriam Theodo-

Patria.


Nobilitas maiorum.

Tres Cardin. nouiſs. in Triuultia gente.

rus æmulatui; quem vxore præcoci fato abrep:â, à Clericatu apoſtolicę Cameræ ad purpuram Vrbanus aſſumpſit; & Romæ præſentem in V. ordinatione Cardinalitijs inſignibus ſub tit. S. Cæſarei donauit.

DIDACVS CARD. DE GVZMAN.

XXXV.




Patria. INclyta GVZMANORVM proſapia, quæ Reges olim Hiſpaniæ dedit; vtiq; meruit, pariter quæ Reipublicæ Chriſtianæ, ad eius cùm ſubſidia, tum ornamenta eminentes omni ſeculô ſuggereret purpuratos. HENRICVS in ætatis flore ſummæ expectationis Iuuenis nouiſsimè Madriti exceſſerat, in extincti locum Vrbanus DIDACVM gentilem ſubrogauit; quem vt genere, ſit virtute eximium, in ſolemni ſacrorum patrum conſeſſu, Idib. Iul. iam Hiſpalienſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, Cardinalem renuntiauit. Dignitates.

CY-

CYRIACVS CARD. ROSSIVS.

XXXVI.



CYRIACVS ROSSIVS natione Italus, patriâ Romanus, vt claritate ſanguinis, ſic virtutum præſtantiâ commendabilis præſul, pubertatis annos Romæ melioribus literis, & caſtigatæ diſciplinæ morib. imbuerat; in pietate, humilitate, & continentiâ ſolida ſuæ gloriæ fundamenta iaciens; cumq; celeberrimos Italiæ iuris peritos in varijs Academijs audijſſet; auctus Iurium gradibus ad patrios aulæ pontificiæ honores ſedùlo incubuit; ſed eâ quidem moderatione animi, ac vitæ integritate, vt omnium in ſe amorem conciliaret. In hac ampliſsimi nominis famâ Nuncius Apoſtolicus ad Cæſarem deſtinatur. fit Archiepiſcopus Patranus, & dignitatis Apoſtolicæ ſplendorem honorificè ſuſtinet inter populos grauiſsimis bellis implicitos. dignus ideo Romano murice, quem ei Pontifex proprio motu in VI. ordinatione contulit. hodie Ferrariam Legatus à latere maximo Ciuium applauſu regit.

Patria, & educatio.

Dignitates ex meritis.

Digitized by Google

ALEXANDER CARD. BICHIVS.

XXXVII.



ALEXANDER BICHIVS Senis naſcitur in nobili Tuſciæ Vrbe, & Academiâ, qui METELLVM habuit gentilem nouiſsimè à Paulo V. inter purpuratos relatum . à cuius veſtigijs ne tantillum deflecteret nepos in varijs Italiæ celebrioribus lyceis, meliores literas ſedulò excoluit; deinde cùm Philoſophiæ, Iuriſprudentiæ, & Theologiæ ſtudijs operam nauaſſet; Doctoris laureâ meruit inaugurari. His titulis grauis, dum Romanæ aulæ muneribus inſeruiret, in Galliam Apoſtolicæ ſedis Nuncius delegatur; vbi grauiſſima turbatis bellô temporibus negotia pro decore religionis peregit. quibus apud Vrbanum Pontificem, regemq; Ludouicum audijt prudentiâ, integritate, & fide acceptiſſimus præſul. ab Epiſcopatu Carpenctoratenſi ad Cardinalitiæ dignitatis eminentiam in ipſâ Legatione promouetur. nunc gregi ſuo ſtudet, omnibus religioſiſſimi Antiſtitis virtutibus decorus.

Patria.


Mores, & ſtudia.

Dignitates.

FRAN.

FRANCISC. MARIA CARD. BRANCATIVS.

XXXVIII.



AB illuſtri, & antiquâ BRANCATIORVM proſapiâ cùm pace, tum bellô, viris, factiſq; conſpicuâ, repetit originem FRANCISCVS MARIA Neapoli natus, & in vrbe Orbe toto celeberrimâ liberales artes edoctus; qui deinde grauioribus Philoſophiæ, Theologiæ, Iuriſq; ſtudijs, vt vtiliter vacaret, præcipuas Italiæ Academias frequētauit, è quibus retulit emeritū laureæ doctoratus apicem. At Romanam aulam maiorum exemplô meditatus, vt qui iam plures in gente ſuâ numeraret Cardinales, Landulphum, Raynaldum, Ludouicum, Thomam, omnes religioſis virtutibus inſignes proceres; illorum imitatione ſacrorum cultui ſe addixit; vbi honores cùm virtutis merito, tum gentis claritati debitos aſſecutus, in Epiſcopum Caputaquēſem electus Romano murice dignus edicitur. & in penultimâ ordinatione coram ampliſſimis purpurati conſeſſûs patribus Cardinalis ab VRBANO euulgatur.

Genus, & patria.


Studia literarum.

Dignitates.

STE-

STEPHANVS CARD. DVRATIVS.

XXXIX.




Patria. GEnua vrbs Liguriæ primaria DVRATIAE gentis originem oſtentat, & inter patricias annumerat, quæ præcipuos Reipub. gerendæ magiſtratus honorificè tenuerunt. STEPHANVS filius Petri, qui Ducis nomine Senatui, & populo præfuit, ex eâ nobili ſtirpe ſurculus eſt. cuius indoles regijs moribus à iuuentute exculta præſulem ad ſummas religionis dignitates prouexit. Nicolaum,& Cæſarem fratres habet, vt ſummæ prudentiæ, ita maximæ auctoritatis in ſenatu viros; necnon ipſe cùm grauiſſimis in aulâ Romanâ negotijs ſapienter,

Dignitates. & ex officiô vacaſſet, pereminentes meritorum gradus ab ærarij pontificij præfecturâ, & Apoſtolicæ Cameræ Clericatu,ad ſacri ordinis purpuram prouehi meruit cui mox addidit Vrbanus Legationem Ferrariæ, tum Archiepiſcopatũ patriæ; vbi nunc optimus paſtor ſuo præeſt ouili, omnibus pietatis,& ſapientiæ titulis cõſpicuus.

VLDERICVS CARD. E COMITIBVS CARPINEAE.

XL.



COmites Carpineæ potiuntur in Vmbriâ clientelari Caſtrô veteris familiæ, à quo gens CARPINEA nomen meruit. Cùm Roboreis Italiæ principibus familijs affinitate iuncti pollent opibus,& clientelis non contemnendis ab hac nobili radice ortus eſt VLDERICVS, qui paratô ſibi à primis adoleſcentiæ annis ad ampliſſimos Religionis honores tutiſſimô commeatu, dignis ſcilicet Romanô murice virtutibus; cùm aliquandiu Romæ in oculis, & conſpectu Pontificis partes omnes integerrimi præſulis impleuiſſet, Bugubij pontificiæ ditionis Epiſcopatu, & purpureô galerô, ſenatus Apoſtolici ornamento, ab VRBANO in extremâ Cardinalium ordinatione donatur.

Patria.

Dignitates ex meritis.

Digitized by Google

IO. ALBERTVS CARD. PRINCEPS POLONVS.

XLI.



Origo.
Patria.
Nobilitas.


VLadiſlao è Suecorum Regum proſapiâ Sigiſmundi Poloniæ Regis filio, vt paternarum virtutum, ſic Regnorum ſucceſſori, quantum debeat Religio, Orbe toto, conſtanti famâ celebratur, quem nouiſſimè Roma ad VRBANI pedes in hoſtes Dei, fidei defenſorem fortem, pium, inclytum, triumphantem aſſeruit. fuit eius germanus frater IO. ALBERTVS Poloniæ, & Sueciæ Princeps, Epiſc. Cracouienſis, & Dux Seuerienſis, cui cùm nihil foret antiquius religionis decore, Regia ſtemmata ſacræ purpuræ ſplendore optauit illuſtrari. at votis Sereniſſimæ, & de Republicâ Chriſtianâ benemeritæ familiæ, vt annueret VRBANVS huncce Regis fratrem præſtantiſsimæ indolis Iuuenem, nouiſſimâ penè electione inter Principes S. R. E. Cardinales cooptauit. ſed heu præmatura mors Patauij, vbi regijs diſciplinis vacabat; nobis eum è viuis eripuit.

Mors.

BE-

BENEDICTVS CARD. VBALDVS.

XLII.




BENEDICTVM VBALDVM Auguſta Peruſia vrbs Vmbriæ celebris ſeculo dedit; quem literis eximiè cultum diu verſauit Roma, Iuriſque conſultiſsimum, inter Auditores ſacræ Rotæ Senatus excepit. At cùm ſolerti prudentiâ, rerumq; ciuilium vſu polleret maximo, in grauiſſimis reipubl. Chriſtianæ periculis VRBANVS cum Antonio Cardinali Nepoti tota ditione Pontificia Legato à latere Auditorem adhibuit. hinc ad purpuram euectus eſt. à ſacræ purpuræ eminentiâ, ad Legationem Bononienſem vocatus; cui triennium præfuit. hodie Epiſcopus Peruſiæ ouile ſuum ſapienter moderatur.

Patria.

Dignitates.

CAESAR CARD. MONTIVS.

XLIII.



VT virtute Ciuium, ſic Antiſtitum ſplendore præcipuas inter Italiæ vrbes eminet Mediolanum; vnde prodierunt Ambroſij, Vicecomites, Sfortiæ Sfondrati, Borrhomæi ſanctitatis, & ſapientiæ famâ Orbi Chriſtianò notiſſimi. Verùm, vt eandem ſibi vendicat patriam, CAESAR MONTIVS; ſic ad eumdem gloriæ verticem, non diſpari greſſu contendit maximorum anteceſſorum religioſiſsimus ſectator. qui cùm in varijs Italiæ principibus Academijs literas egregiè coluiſſet, auctus ijs animi bonis, quibus omni tempore regitur ciuis, rei Chriſtianæ cultui Romam profectus vacanit; vbi meritiſſimi præſulis virtutes, quibus in altum conſurgitur, explicuit. præ cæteris acri pietatis ſtudiô, & in rebus gerendis exquiſitâ ſolertiâ pollens; hinc Romano Pontifici non minùs, quàm Regi Catholico acceptus præcipuos aſſequitur Religionis

Patria.


Dignitates.

ho-

honores quippe ad Hiſpanos Sedis Apoſtolicæ Nuncium voluit VRBANVS in V. Ordinatione Romano murice decorare,& Archiepiſcopum Mediolani, petente Regè, declarare. In hâc ampliſſimâ Eccleſiæ dignitate, hodie populoſiſſimum gregem Cœli dapibus glorioſè paſcit.

AVGVSTINVS CARD. OREGIVS.

XLIV.



AVGVSTINVS OREGIVS Sanctæ Sophiæ in Aemiliæ montanis Oppidò, honeſtis parentibus natus eſt; virtute propriâ longè ſupra fortunam conſpicuus; quem cùm in humanis, diuiniſq; litteris, Græcis maximè non vulgariter verſatum nouiſſet Maphæus Card. Barberinus, hodie ad ſolium PETRI euectus, meritorum optimi viri conſcius, ad ſe accitum, meliori fortunæ deſtinauit. quòd enim illius humaniſſimi, & caſtiſſimi mores, quos ſingularis ſapiẽtiæ ſplendor illuſtrabat, Principem in aulâ mirificè delectarent; voluit Vrbanus ad ſacrum Principatum ſu- Patria. Merita.

blatus eum, vt optimè de litteris, de ſe, & religione meritum fortunæ beneficijs augere. Itaque poſtquam in

Dignitates. Theologum, Cubicularium, ac generalem Pontificijs eleemoſynis præfectum diù retinuiſſet, à ſacro-ſanctæ Romanæ Inquiſitionis Conſultore, & Canonico Baſilicæ S. Petri, ad ſacram Vaticani Senatus purpuram nouiſsimâ ordinatione promouit. at labore ſtudiorum

Mors. fractus non diu ampliſſimæ dignitati ſuperuixit; obijt namq; Beneuenti Vrbis eiuſdem Archiepiſcopatus, doctrinæ famâ, & morum candore clarus; non degenerem nepotem, Baſilicæ S. Petri Canonicum relinquens.

MARCVS ANT. CARD. FRANCIOTTVS.

XLV.



MARCVS ANTONIVS FRANCIOTTVS ciuis Lucenſis, inter gentiles Galeottum refert, in faſtis Eccleſiæ venerabilis memoriæ Cardinalē, quem Iulius II. Roboreæ gentis Pontifex patribus purpuratis ob virtutes adiunxit. illius eximias animi dotes tantâ facilitate eſt aſſecutus; vt eas veluti per incilia ſanguinis continuatiuas excepiſſe videatur. cum enim in aulâ Romanâ diu præſulis integerrimi nomen meruiſſet, & in maximis rebus obeūdis ſingularis prudentiæ, probitatis, & ſapientiæ ſpecimen Vrbanô Pontifici exhibuiſſet; ſolus ab eodem in nouiſſimâ electione dignus haberi promeruit, qui ſacrâ Coccô amictus inter venerandos Vaticani Senatus proceres recenſeretur. præfuerat antea Apoſtolicæ Cameræ Clericus, & eiuſdem generalis auditor. at poſt acceptam purpuram Vrbanus ei Lucenſem Eccleſiam, vt optimo ciui, & Paſtori regendam commendauit.

Patria.

Dignitates.

A D

Eminentiſs., & Reuerendiſs. Principes

S. R. E. Cardinales,

FRANCISCVM

E T

ANTONIVM

Fratres Barberinos

S. D. VRBANI VIII. NEPOTES.

ΟΔΗ

ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΗ.

ORBIS theatrò fama ſonorior
BARBERINORVM laudibus intonet,
Quæ ſunt Sophoclæò Cothurnô
Præcipuis memoranda ſeclis.
Quòd Vaticani fulgure Muricis
Bellorum Erynnes impia ſemina
Procul repellant, queis Latina
Terror erat, gemituſq; Sedi.
Viui Pyropi, gemmea lumina
Sacra tiara Pontificis, Poli
Virtute fregiſtis malorum.
Quas Erebô vomit Orcus, Hydras.

Se-

Seueriori ſolicitudine
Inter furores Martis inhoſpitos
Fugaſtis Obſtantes cateruas
Excidium Latio minantes.
ANTONI Amores Vrbis, & Itala
Gentis lepôres, curaque Patrui,
Neſtor Monarcha Galliarum
Euge, parat tibi Iuno honores.
Te Gallicani praſidium gregis
Ad REGIS Ædes LOGDOIDIS vocat
DELPHINVS, Aula qui triumphis
Latitia potiare conſors.
Illic ſuada flumine melleo
Mulcebis iras Odriſÿ graues,
Regumque, flammas temperabis
Eloquiò ſapientiore.
FRANCISCE, ſed te Roma Deûm domus
Siſtat, Quiritum lumen amabile;
Hic nata Cœlo te laceſsit
Gloria, qua meritis ſacratur.
Seu cura Sedis te premat anxiè
APOSTOLORVM, dignus adoreâ.
Qua vineat Aſtorum nitorem
Cœlituum radiata tadis.
Seu vena purò nectare labilis
E flexuosò culmine Pegaſi
Decurrat, & campos Sororum
Irriget eloquÿ fluentis.
Vel ſi Latina ſol venerabilis
VRBANVS Æthra, luce ſerenior
Te ſoſpitatorem quietis

Vi-

Viderit in Latij ruinis.
Vbique dignus, qui patriæ ſacros
Faſtos verendis laudibus impleat;
Cortina MAPHEII Dynaſta,
Pacis amor, fideique lumen.
Compeſce ventos ſeditionibus
Martis furentes, votaq; principum,
Quæ mancipantur pro duellis,
Flecte aliò, decus vnde ſurgat.
Compone pacis fœdere Regiô
Heroas Orbis Chriſticolæ, piô
Amore qui iuncti Tyrannum
Ex Aſiâ, Solymiſq; pellant.
Iam copioſis agminibus parent
Turcarum aceruos ſtragibus addere;
Vt purpuratam tabe Chriſti
Reſtituant Solymam Latinis.

V. D. Polycarpus Paganellus Pœnitentiarius, pro Eminentiſs. & Reuerendiſs. Card. Archiepiſcopo.
Imprimatur. Fr. Hieronymus Onuphrius Conſultor S. Officij pro Reuerendiſs. P. Inquiſit. Bonon.

Bononiæ, Typis Clementis Ferronij M. DC. XXXIX.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

NOMENCLATVRA
Rerum operis memorabilium ordine Alphabetico digeſta.

A

Achilles corpore ſpecioſus fol. 7. eius armatura. 14
Aethiopiæ Rex obedientiam præſtat Vrbano. 21
Eius Orator abiurat hæreſes. 22
Alberſtatenſis pſeudo-epiſcopus in Germania profligatur. 12
Albornotius Card. eius elogium. 89
Alcala Dux Orator regis Hiſpaniarum 20. Præſtat obedientiã Sedi Apoſtolcæ 21. Eius obedientiæ formula ibid.
Alexander vult videri Deus 57
America quæ, & qualis 22. Recepit auſpicia fidei ibid.
Amici regum quales 41
Andreas Auellinus ab Vrbano beatus pronunciatur 24
Andreas Corſinus Florentinus inter Sanctos adſcribitur 24
Anna Columna nupta Tadęo Barberino 51. Eius proles. ibid.
Annonę cura ars captandi plebem 19. quomodo procuretur. 20
Apes ſapientiæ ſymbolum 33. & pietatis ibid. & prudentiæ ibid.
Apoſtolorum ſepulchrum 26
Artes vtiles 51. Ditionis Pontificiæ 52. Vrbanæ deſcriptio. 53
Armamentaria pontificiæ ditionis. 54
Armorum varia genera. 55
Arnus flumen alluit Florentiam 4
Aſpides pictæ in Aegyptiorum Regum diademate. cur 56
Auditores Rotæ ſedem habent in Vaticano 26
Aula principis qualis eſſe debeat 41. aulici quales. ibid.
Auguſtus genus ſuum ab Apolline deriuat. 57
Auſtria potens 9

Digitized by Google

B

A Balneo Card, eius patria dignitates, & merita. 97

BARBERINI. 1.

Barberina familia ſanguine, & patria clara 4. Florentina ibidem. e Semiphonte originem ducit. 5. Plures ex ea viri clari ibid. vltra quingentos annos viros illuſtres recenſet. ibi. Franciſcus Card. Vrbani nepos 31. Legatus in Galliam, & Hiſpaniam ibid. & 65. eius inſignes actiones 65. dies aſſumptæ purpuræ 66. Vaticanæ Bibliothecarius 44. Antonius Card. è Capucinorum ordine 66. pietate inſignis ibid. Pontificis frater 35. aſſumitur ad curas Eccleſiæ ibid. Carolus Pontificij exercitus Imperator 50. Bononiæ obit ibid. ei ſuccedit Thadæus filius ibid. Thadæus Præneſtis princeps. Romæ Præfectus 51. Barberinorum illuſtres actiones 36. Antonius Card. Legatus à latere per Italiam 34. eius elogium 92. Card. S. Onuphrij Romæ cœnobium erigit 36

Bononiæ Legatus ad Pontificem 16. peſte vaſtata 18. eius obſequium, & affectus in Pontificem 10

Berullius Card. Gallus, eius elogium. 90

Bibliotheca Vaticana 44. eius origo ibid. cuſtodia. progreſſus. ditatur libris Palatinæ ibid. & MS. Græcis ibid.

Bichius Cad. eius elogium 107

Biſcia Card. eius elogium 83

Brancatius Card. eius nobililtas 110

Burgheſius Senenſis 68. eius Gentiles. ab Vrbano fit Card. ibid. Marcus Antonius Burgheſius princeps. 70

C

Cæſaris Orator Vrbanum veneratur 21

Caetanæ fam. nobilitas 70. Aloyſius fit Card. ab Vrbano 71

Caetanus Tianæus Vicentinus Theatinorum inſtitutor 24. *Beatus declaratur* ibid.
Cardinalium dignitas reſtituta 26. *Bulla de reſidentia Card.* 14
Carolus Dux Mantuæ 15. *inſtitutor noui ordinis in Turcas* ibi.
Caroli magni liberalitas in eccleſiam. 36
Carpinea Comes Card. eius elogium 111
Caſtrum Gandulphi 30. *eius regionis amœnitas* ibid.
Catharina virgo Senen. è materno latere à Burgheſianis orta. 69
Caualerius Card. eius elogium 82
Ceſarinus Card. eius gentis nobilitas 83
Chreqyus Dux regis Galliarum Legatus ad Vrbanum 20
Chriſtiana Religio vbique terrarum propagatur 50. *eius initia* 15. *inuiſa Tyrannis* ibid.
Chriſtiani Orientales Turcarum ſeruitute oppreſſi 13. *victores in Turcas* 49. *Chriſtus Filius Dei* 15
Cœli dotes 6
Columna Card. eius patria generis præſtantia, merita, & dignitates. 93.94.95
Comitia creations Vrbani 12
Congiani in Aſia fidem recipiunt 22. *Legati Regis congi ſepulchrum Romæ* 23
Conſtantinus liberalis in Eccleſiam Dei 27. & 36
Cornelia gens Veneta 78. *eius nobilitas ibid. Federicus Vrbani Card.* 78
Corporis polchritudo indicat animi præſtantiam 7
Cupreſſus arbor mortuorum ſepulchris deſtinata, cur 58
Cyrus maior formæ ſplendore cæteris excellit. 7

D

DAniæ Rex à Cæſarianis profligatur 48
Ditionis Pontificiæ ſtatus 37. *eius incrementa* 36
Domus mulierum de pœnitentia Romæ reparatur 25
Duratius Cad. eius patria, dignitates, & merita 108

Digitized by Google

124

E

ECcleſiæ auſpicia 15. olim profuga ibid. Hodie tuta ibid.
Eliſabeta Luſitaniæ regina in ſanctorum numerum refertur. 23

F

FLorentia Vrbs Hetruriæ 4. eius ſitus, & ſtatus ibid. Floret ſub Medicæis ibid. Florētino cælo naſcūtur ingenioſi. habuit quinq. Pontifices. ibid.
Fons Conſtantini. 27
Fons Vallis Pintiæ. 27
Franciotius Card. eius patria, dignitates, & merita 116

G

GAneones, & ſcorta à principis acceſſu remoueri debent 42
Gelatorum Academia Priuilegijs gaudet ab Vrbano 46
Germania imperij Romani ſuſceptrix 21
Ginettus Card. eius elogium 87
Guſtauus Rex Suecorum Hæreticus, & eius Victoriæ 31. religioni timendus 32. in prælio cadit ibid.
Guſman. Card. Hiſpanus, eius elogium 84. & 105
Gypſius Card. 37. eius patria, dignitates, elogium. 76. 77

H

HAereſis Hyæna 51
Harrach Card. eius elogium. 73
Hermiæ tumulus 38
Heroum merita admiratione digna 21
Homo animal difficile 56

Horti

Horti Alcinoi 29. Barberini ibi. Semiramidis ibid. Quirinales 30

I

Iaponia vbi ſita 22. in ea religionis veſtigia imprimuntur. ibid. Xauerius Indiarum Apoſtulus eam luſtrat ibid. Iaponenſes martyres 23
Illyricum collegium 26
Imagines turris Vaticanæ 26
India mel liquidum pluit 27
Inuidia merito ſubiacet 20
Iubilæum indicitur 16. eius aperiendi ſolemnitas ibid. illius variatio, & cur 18. ad Iubilæum Romam confluũt Principes 17. clauditur 18

L

Laurus arbor Apollinis 43. eius encomia ibid.
Lacus Traſymenus exundat, & agros uaſtat 9
Leopoldus Archidux Romam venit.
Lotharingus Princeps Card. purpura ſe abdicat, & cur
Ludouicus XIII. Henrici magni filius 9. ſuſcipitur è ſacro Baptiſmate à Maphæo Barberino ibid. vbiq. catholicos ritus in regno reparat 59. primogenitum miraculosè obtinet ibid.
Lutrius Celtarum princeps, & eius currus 28

M

Magalottus Card. Florentinus 67. Ep̃s Ferrariæ 68. eius mors ibid.
Magiſtratus optimi idea 11. & 37
Mansfeldius à Catholicis profligatur 48
Mantuani belli origo 30

Marquemontius Card. 71. eius dignitates 72. moritur Romæ ibi.
Mathildis patrimonium relinquit Eccleſię 36. eius ſepulchrũ ibi.
Melitenſes equites in turcas excurrunt 49
Michael Muſiuus 14
Montius Cardinalis, eius patria dignitates, & merita 114
Mortis meditatio vtilis 48
Muntiones militares quales hodie. 53

N

NArus Card. eius patria, dignitates, & merita. 104
Natura animum corpori conformat. 7
Nauis Petri reparata 26
Negotiatio vtilis, & neceßaria 28. Negotiatores in populo Dei. ibi.
Nobilitas qualis eſſe debeat 41. ſine virtute qualis 40. eius Hieroglyphicum per lanceam 41. Decus, & robur reipubl. 40 cędes nobili viro indignę. 39. Nobilitatis mala 42

O

OPes Eccleſię quales 14
Oregius Card. eius patria, mores, obitus, elogium 115
Orphei ſtatua deſudat 20 Oſtreę Indicę. 14

P

PAlatinus rebellis Cęſari. 31
Palottus Card. eius patria, mores, dignitates, elogium. 103
Pamphylius Card. eius elogium. 98
Panegyricorum antiquitas 2. Heroib. debiti, ib. panegyrici ordo. 3
Paraſiti arcendi ab aula Principũ 42 Paſtoris opt. officium. 14
Pazmany Card. Vngarus, eius elogium. 100
Pauli V. facta memorabiliora 69. prędicit Põt. C. Barberino 10
Peſtis in Italia ſęuit 18. Siciliam & Panormum graui clade afficit ibid. Inſubriam, & vicinas regiones depopulatur ibid.

Plan-

Plantę exoticę in hortis Barberinis. 29
Poeſis laudatur 46.*poeticus furor ibi.Magnates poeſim colũt.*47
Polonus Turcarum terror 21.*eius magnifica legatio ad Vrb.ib.*
Poloni Tartarorũ,& Turcas ingenti clade afficiunt 50
*Poloniæ Princeps Card.eius elog.*112,*Pont.dominij amplitudo* 27
Principis vita ſpeculum 42.*debet ſuper oĩa timere Deum* 49.
Principatus Eccleſiæ oneroſus 34.*eius dignitas* 35.*& miniſtri quales ibid.Principatus graue munus* 57.
Puerilis inſtitutio qualis eſſe dẽat 8.*quãti ſit momẽti ad vitã.ib.*

R

Religio,formoſa Selene. 51
Richellius Card.eius dignitates,& merita 100
Ducis Richellei Card.frater. ib. Rita Rom.beata edicitur 24.
*D.Rochus Monſpel.ib.*Roma *religion.ſedes* 19.*à peſte præſer.ib.*
Roſſius Card.eius elogium 107.*Rupecula à Ludouico capta* 48

S

Sacchettus Card.eius patria,dignitates,& merita 79
Sanctorum corpora Romæ *nouiſſimè reperta* 24
*Sanctacrucius Card.*Romanus*,eius nobilitas,& merita* 99
Sapientia virtus imperantis propria 42.*Saul rex formoſus.* 7
*Simifons urbs Hetrur.euerſa.*5. *Simiphõtani migrant Flor.ib.*
Spada Card.eius egregia facinora 74
Spinula Card.eius patria,& generis amplitudo. 81

T

Tormenta bellica,maioris tormenti deſcriptio. 53
Triuultius Card.eius familiæ præſtantia 105
Tyrannus nobiles odit. 39

V

*Vallis Tellina reſtit.*32.*Vbaldus C.*113.*Veroſpius C.* 88
Victoria naualis Chriſtianorũ 49. *Vidonus* Card. 86
Virilis Card.104.*Virtus quomodo laudanda.* 64

Vrba-

NOMENCLATVRA

VRBANI natalis dies. orbatur patre. Educatur à matre 5. Auguſtiſſimo aſpectu à natura præditus 7. mores eius cultiſſimi ibid. eius puerilis educatio 7. litteras & pietatem colit in Romano Colleg. ibi. Græcis ſtudet ibid. prolitiores literas amat 8. Piſis lauream Doctoris meret 9. Varias dignitates Romæ obtinet ibid. Creatur Archiepiſc. Nazarenus ibid. fit Nuncius in Gallia. Ieſuitas Galliç reſtituit ibid. Sacram poeſim cõponit 10. Creatur Card. ibid. fit legatus Bonon. ibid. Reuerſus Romam fit Protector Scotorum, & Græcorum Orientaliũ 11. Suſcipit præcipua negotia Roman. aulæ ib. Gregorio XV. ſuccedit in pontificat. 12. Vrbani nomen aßumit ibid. Roma exhilaratur ib. Infirmatur Vrbanus. 13. fiunt ſupplicationes & vota pro eius ſalute ibid. eius Coronatio ibid. Omnia monaſteria, tẽpla, & Collegia Romæ viſitat 14. Bullã inſtituit de reſidenda Card. Ẽporum ibid. Oratores Italiæ Vrbano obedientiam præſtant 15. impedit Italicæ peſtis progreſſus 18. Vrbani actiones omniũ teſtimonijs approbantur 20. reſtituit Collegium Germanicum 25. Domum mulierum de pœnit. reparat ibid. Archiuiũ pro Collegio Card. in Vaticano decernit ibid. Templũ S. Bibianæ reſtaurat ibid. Lateranẽſe Baptiſteriũ ornat 26. Auditoribus Rotæ ſedem in Vaticano ponit ibid. Cardd. dignitatẽ reſtituit ibid. Geſta martyrũ ſcribenda edicit ibid. Apoſtolorũ ſepulchrũ ęnea mole exornat. ibi. D. Caij templum ædificat ibi. Centumcell. portũ reſtituit 27. Quirinales hortos muris cingit 29. Palatio Quirinali noua ædificia addit. ibid. in caſtro Gandulphi commodiſſimè ædificat 30. Vrbani verba in Colleg. Card. pace inter reges ſancita 33. Roſam aureã Angliæ Reginæ mittit ibid. pacem & iuſtitiam vbiq. procurat 37. Graſſatoribus, & ſicarijs prouincias expurgat 38. ſapientes miniſtros ad Prçfecturas eligit 37. cõcordiã inter nobiles alit 39. Vrbani ſymbolũ 43. Aula 42. Academiã Rom. exornat 45. eius poeſis 46. arma in pace meditatur 47. Ferrariæ arcẽ munit 52. Aeliam perficit 52. Vrbanam erigit 53. armamentaria vbique procurat 54. Mauſſolęum ſibi exſtruit 55

FINIS.

Digitized by Google

LEGATORIA

Digitized by Google